

V 19
3924

Item in die Augusti lectu esse arguuntur
in Ausmündg. Floruit Tempore Augusti
H. Törny



Fœliciter

Inceptus 13
Die Augusti

ARGUMENTVM LECT.

VM IN ARMINIVM DIALOGVM

HVTTENICVM. M.D. XXXVIIII


CONTINET Hic Dialogus histo-
riam rerū gestarū Arminij for-
tissimi quondam Germanorum ducis
aduersus Romanos estq; in imita-
tione Lucianij sic tractatum aruūne
tū ut fiat contentio inter præstan-
tissimos Iures quorū collatione vir-
tus Arminij fiat illustrior. accedunt
q; alie magnificæ amplificationes
à difficultate quæ à varijs circumsta-
ntijs personæ q; rerū colligitur ut
à fine quos tante res susceptæ sint
non inani studio ambitionis aut spe
procede. Sed virtutis sed propter liber-
tate patriæ adit & confidatio de
p̄fidia quæ continet gravem doctrinam

quod in veteribus casus defensionis
exceptus sit adversus iniurias notitias
tirannorum etiam vere nationis. Est et
alia in fine obiectio quae tribuit infirmitate
lone tione et translatione quod necessaria
et ipso tempore coactus fuit repri-
curam suscipere cum alij tunc tarent
consilium auctoritas fuit commemo-
randis maiorum nostrorum ut virtutibus
et sit per se factis ornaret
patriam et nostros homines domesti-
tis exemplis attenderet ad studium
his ad patriam libertate tuenda genus
orationis pro decore persona ma-
nifestum est et copiose xx die Augusti
Anno Dni saluatoris nostri m. d.
xxxviii

Fa
D
S

302








In illis hinc absolute aliquis sine cogitatione
in Confessione sic Absolutio
Ergo in Confessione regitur necessario &
cogitatio & sic enumeratio peccatorum

Hic illo est in eo est, quia Confessio
est 4 terminis. Prima minor non legitur
de Absolutione Indulgenti, sed de Absolutione
mandata a Deo, & hinc per deo mandata
Absolutione Remittit

Verbo. Habendo atedo / Chironia
& pars epici / Aristoy fuit bonis p[er]cipiis & p[er]t
est / p[er]cipiis Loudeppon / Noubera septu
bis f[er]re in v[er]o S[an]cti[fi]c[ati]o[n]e / p[er]cipiis
in ratio & p[er]cipiis / variatio 3 / sequor
in p[er]cipiis / Moly Loris C[er]
in a t[er]m[in]o / Chaliber
populi Galliarum






ARMINI

VS DIALOGVS

Huttenicus, continens
res Arminij in Ger
mania gestas .

P. CORNELII TACI
ti, de moribus & populis
Germaniæ, libel
lus .

Adiecta est breuis interpreta
tio appellationum parti
um Germaniæ .





Vg 3924

IN HVTTTE

NI ARMINIVM.

Eobanus Hessus.

TOT sua stat populis gestarum gloria rerū
Salua, suū tot adhuc secula nomē habēt,
Audet adhuc ueteres reminisci Roma triumphos,
Et mortis quadam uiuere parte suæ.
Quæ nequit ipsa suas ostendere Troia ruinas
Meonio clarum carmine nomen habet.
Inuida non totas merferunt funera Thebas
Viuat adhuc Sparte non moriturus honor,
Nondum Palladiæ prorsus cecidistis Athenæ,
Quicquid est eximie Græcia laudis habet.
Integra floret adhuc Pellææ gloria gentis
Persarum nomen fama superstes habet.
Innumerae gentes aliæ sua nomina seruant,
Quasq; superuacuum quasq; referre mora est,
Vna suæ merito fraudata est laudis honore
Semper, & incelebris Teutonis ora fuit,
Cur ita? quæ nobis res hunc inuidit honorem?
Fida alibi, cur hic fama maligna fuit?
An quia non rebus clari, non Marte potentes?
An quia nos uictos sepe fuisse pudet?

A

ij

Non

IN HUTT. ARMIN.

Non ita, nam rebus nec clarior ulla per orbem
Gens fuit, aut ullo tempore uicta minus.
Cur igitur? quia non rebus, sed nomina rebus
Quæ facerent scriptis nos caruisse liquet
Præcipue cum floreret Germanica uirtus,
Et nondum hic nostras luxus haberet opes.
Tunc memoranda alijs nostri gessere parentes
Tunc rerum uirtus unica causa fuit
Tunc quia scriptorum nos defecere labores
Gloria Lethæas nostra subiuit aquas,
Nondum tota tamen, quoniam (licet inuida) nostræ
Non potuit totum fama tacere decus
Et sparsim Romana suis ea littera rebus
inseruit, quæ nunc pauca, sed apta, uides.
Atq; ea si quæras quæ sint & qualia, debes
Hutteni patriæ uindicis esse memor
Is quæ sita suis patriæ monumenta libellis
Edidit, & lucem iussit habere nouam.
Nam quia sparsa alijs incognita quæq; latebant,
Qui legeret rarus quiq; teneret erat
Ille suas patriæ laudes, atque eruta passim
Nomina digna legi fecit ubique legi
E quibus unus hic est, quem condidit ipse, libellus
Sed non auspicijs edidit ipse suis.

Namque

EOBAN. HESS.

Nanque immatura præreptus morte, reliquit
Hunc quoq; ceu partem funeris esse sui.
In quo si qua leges non qualia forte requiras
Parte bona ueniam quo mereatur habet.
Condedit Huttenus, non edidit, ergo futurum
Quod fuerat melius conijce quicquid erat.
Hunc tibi Mauritius gentili Huttenus honori
Fidus, ab æternis noctibus adseruit
Hic ferus Arminius patrijs qui uictor in armis
Afflixit uires Martia Roma tuas.
Qui nisi adhuc iuuenis perisset fraude suorum
Tu dominus Tyberi Rhene futurus eras.
Hunc quod habes patriæ Lector studiose libellæ,
Hutteno debes munera prima tuo,
Altera Mauritio, Ioachimo tertia, nobis
Quarta, aliquis nobis si locus esse potest.

VLRICHI
HVTTENI, EQVI-
tis Germani Arminius
dialogus.

interlocutores Interloquutores, Arminius, *Minos* Mi-
nos, Mercurius, Alexander,
Scipio Scipio, Hanibal, Cor-
nelius Tacitus.
Arminius

ARMINIUS.



OC tandem ini-
quum est, o Minos,
iudicium, si fuit
ullum unquam tu-
um. Min. Bona
uerba queso Armi-
ni. Nam quæ hæc
noua est calumnia,
quicquam iustisi-
muna

ARMINIVS

mum iniuste Minoem statuisse? Quod illud uero
 est iudicium? dic agetum. Armin. Dabis
 hanc mihi ueniam primum, si te offendit dicendi
 libertas mea: Germanis est peculiare hoc mi-
 nus blande loqui, cum loquuntur libere & serio.
 Queri me uero decet, quod, cum honorem has
 bes, & ueluti præmia statuis Imperatoribus qui
 ubique fuerunt optimis, ipsum me, quasi qui non
 uixerim, sic præteris. Iampridem enim senten-
 tiam ferente te, Imperatorum primus, toto Ely-
 sio campo, & beatorum hac regione, pronun-
 ciatus est Alexander Macedo, ab eoque secun-
 dus honore Romanus Scipio, & tertius Cartha-
 ginensis Hanibal. Solus in nullo ego habitus
 sum numero, qui tamen, si certandum mihi cum
 illis unquam putauissem, equidem in nullo posue-
 rim dubio, quin, te iudice, principem locum ob-
 tinuissem. Min. Causam profecto habes
 Germane. Sed cum hoc illi certamen apud me
 mirent, quid non admonebas teipse quoque?
 Armin. Quia neque putavi quicquam licere
 ulli hic ambire, neque unquam dubitavi, quod in
 uita bene aut male quis meruerit, summa in om-
 nes æquitate abs te distribui. Min. Neque
 non fit hoc sedulo, Sed iudicamus secundum con-

A iij fessa

Elifus tam
 pascitur
 Das parandis
 est locus beato
 ru

In
 lunc
 Ardeop

In
 riuu



HVT TENI.

fessa plerumque hic, fitque copia dicendi quod
 in rem suam quilibet arbitratur. Cætera facile
 transimus occupati. Præsertim ad ambitionē quæ
 sunt, nisi postulati, negligentes. Vides enim ne-
 gotiorū quæ sit moles, quod iudiciorū onus, quàm
 uarium & multiplex, deinde ocij quàm arcta sint
 tēpora. Quãq̃ si recordatus fuissē, q̃ nunc redi-
 gis in memoriam mihi, uocassē ultro, & cū alijs
 audiuissem. Arm. Et non audies nūc, reuocatis huc
 de quibus nuper iudicasti? Min. Quid ni au-
 diam? Accerse huc ad nos Imperatores Mercu-
 ri, qui de præstantia, in re militari & bellica,
 contenderunt paucos ante dies. Merc. Treis
 illos? memini, En adsunt. Min. Hic ille est
 optimi uetus Germanorum dux Arminius, qui pro
 libertate cum Romanis certauit olim, & uicit,
 cunque uos audiat de Imperatoris præstantia
 contendisse, ac sententiam ea super re tulisse me,
 indignè asserit se præteritum ibi. Habet enim,
 quæ cum asseret, ostensurum se putat, neminem
 rectius hanc ad palmam peruenire. Alex. Igi-
 tur dicat. Scip. Valde. An. Haud moror.
 Min. Dic Armini. Arm. Prius sisti uelim huc
 Tacitum ex Italia quendam, ut is dicat, quid mi-
 hi tribuerit in historia. Min. Etiam ipsum
 uoca

Recipere in
 memoriam
 godwin

Dixit enim
 fuit ostendit
 deus Arminius

glau

god

ARMINIVS.

uoca Mercuri. Merc. Huc te Tacite, huc te,
huc ad me, ut loquaris tandem. Eccum hominem.

Arm. Operæ precium est, o Itale, Elogium illud
meum, quod in historijs tuis est, recitare hic te.

Tac. Eo loco, ubi de interitu quoque tuo commemo-
ratum a me est? Arm. Eo ipso. Tac.

Ceterum Arminius, abscedentibus Romanis,
& pulso Maroboduo, regnum affectans, liberta-
tem popularium aduersam habuit, petitusque
armis, cum uaria fortuna certaret, dolo propin-
quorum cecidit. Liberator haud dubie Germaniæ,
& qui non primordia populi Romani, si-
cut alij Reges, Ducesq; , sed florentissimum im-
perium laceßierit, prælijs ambiguus, bello non
uictus. Septem & triginta annos uitæ, duode-
cim potentiæ expleuit, caniturque ad huc Bar-
baras apud gentes, Græcorum Annalibus igno-
tus, qui sua tantum mirantur, Romanis haud
perinde celebris, dum uetera extollimus recenti-
um incuriosi.

Arm. Fuit alicuius iste in uita
fidei Minos? & uir bonus fuit? Min. Profe-
fecto fuit: sed tu melius nosti Mercuri, qualiter
uixerit, coluit te enim peculiariter.

Merc. Sancte uero Nam candidus imprimis fuit, & quo
nemo syncerius scripserit historiam, minusque

A P affecti

*Elogium dicitur
aliquid iam de
aliquid personæ
Lundæ in
liber*

ist. angust. uerde

*Annales Tira-
lur dicitur*

*Candidus
dicitur q libe-
ter alio tri-
bin sua lau-
tr. i. dicitur
uis*

glambrecht

gomphe vixit



HUTTENI.

Sub vespasiano

Gestarium
ffactibus tribuerit. Etiam autem Germaniam
uiderat, & ^{Germanorum} gentis eius mores descripsit, ac re-
rum ibi gestarum fuit perquam studiosus. Arm.
Igitur talis iste cum fuerit, & rerum mearum
haud ignarus, sic de me scriptum reliquerit, ut
taceam deinceps ego, dubitari non potest, quin
maximi esse momenti iure debeat, hoc ab hoste
perhibitum mihi testimonium. Principio libera-
torem Germaniae uocat, quod est aliquid cre-
do, eripuisse ^{bellum} ui de armis prouinciam Romanis,
ut tunc fuerunt, & iisdem inuitis summoque con-
tra ^{diligentia} nisu conantibus, uindicasse in libertatem,
quos seruire illi decreuerant. Deinde quod recte
maximi fit, illud me Imperium, non cum adoles-
ceret tum, & incrementum acciperet, sicut alij
reges ducesque. Pyrrhus, ^{ab his in regem} autumo Antiochus,
& iste Hannibal, sed cum consistebat iam,
& maxime florebat, non bellum inferens
sustinuisse, uerum ultro laceffendo armis impe-
tuisse, unumq; ex omnibus, inuicte bellum contra
Romanos transegisse, dicit. Quare etiam dig-
nissimum arbitrat, quem Graecorum pariter
& Latinorum Annales celebrent. Quod si om-
nium consensu, nulla fuit unquam maior quam
Res

*Annales sunt
libri in quibus de
rebus multis
cum annorum res gestae*

ARMINIVS.

Römanorum potestas, nullum amplius à condito
æuo Imperium, & hos ego uici cum in flore
essent, ac uigerent plurimum, rectissime sum-
mum Imperatorem, & in re bellica omnibus præ-
stantem me, iudicandum arbitror, infinitam po-
tentiam, maximas uires, summum imperium,
qui bello superauecim. Etsi minus nihil
uelim, quam alienam defrauda re, gloriam
aut rerum ab istis gestarum, famam premere.
Nam æquissimo semper animo feram, quan-
tus quisque est tantum haberi ab omnibus
de meq; cum dicam, sine inuidia dicam: Fuit hoc
semper studium mihi, propter se uirtutem colere.
De gloria curauit haud multum. Quippe satis
esse conscientiam factis existimaui. Neque nunc
iam ea est arrogantia, ut præ me alios Duces con-
temnam, nec illud quidem mihi sumo, ut esse
nullum me superiorem contendere uelim. Potius
si quis est, æquum censeo, ut ipsius quoque habes-
atur hic ratio. Sed dignus uenia sum, si eorum
qui de hac laude certauerunt adhuc, ex cōscientia
negauero, ulli à me concedi oportere. Idque haud
temere sentire me ostendam, si audient isti, ut au-
dituros pollicentur, bona arbitror ratione. Min.
Audi

Oratio

Proposilio

HUTTENI.

Audient, pro ipsis spondeo. Arm. Primum igitur, quia plurimum ferunt in hoc ponere te Hannibal quod à parvis initijs ad amplissima incrementa progressus sis, docebo, si hæc gloria sit, quanto debeatur mihi rectius, quam aut tibi, aut ulli. Nam eorum qui res præclaras gesserunt, nemo maioribus difficultatibus enisus, aut grauioribus undiq; impedimentis eluctatus est. Cui potentia quidem esse quæ potuit, rebus sic perditis & deploratis? Authoritas uero ut esset, ipsa non sinebat ætas. Quare, solus non fuit Alexander, qui immatura ætate gerendis rebus accesserit. Etiam ego enim quartum & uigesimum haud dum egressus annum, cum multa prius miles fecissem strenue, dux esse incepti exercitus, quem nondum habebam, qui nondum coierat, quemq; conscribi celerrime cum oporteret, an existere posset à tanta dispersione, dubium quoque fuit. Nam pecunia haud uereor, ne quis suspicetur ualuisse me, quæ tum Germanis nulla erat. Itaq; in summa rerum atq; hominum inopia, misera egestate, desertus ab omnibus, impeditus undique, tamen ad recuperandam Libertatem, uiam mihi communiui. Citraque omnem extra opem, omne adiumentum, & auxilium, hoc

Propositis
Inuentione
venit à respondere

Da ich mich
zum Erben
der römischen
Gegensatz

Me ualuisse
ruma. i. d. i. g. u. g.
us unu g. o. e. e. l. g. a. l. i.
in u. o. r. t. e. g. e. b. u. a. r. i. s. s. e.

Emisus
aus go
v. d. m.
Eluctatus
aus go
v. d. m.

Der in
Gendro
in

in d. m. u. l. t. i. s.
d. m. u. n. d. u. m.

Mar
logi

ARMINIVS

hoc solo praeditus & suffultus animo, a me ipso
 rerum initia petiui, & bellum extreme pericu-
 losum, non antea ceptum, prosequutus sum, sed
 ab omnibus desperatum, & a cogitationibus quo-
 que hominum iam pridem relegatum, prouocaui,
 me dignum arbitrans, nihil fortunae intentum, de-
 stinatum mihi sortem, alacriter mouere potius
 quam expectare sollicite. Nam quemadmodum
 audiui, ultro bellum intuli, & denunciaui,
 obstante etiamnum domestica Segestis & Iguio-
 meri perfidia, ac fratre Flauio, magna apud
 hostes ui aduersante, cum milite omnis disciplinae
 ignaro, nec ullius in re militari scientiae, armo-
 rum uero habitu pene inutili, & apparatu belli
 adeo non suppetente, ut ne ferri quidem ad tes-
 lorum fabricam satis esset. At haec omnia animi
 & consilio & alacritate correxi & sarcui. Cum
 que esset permagnus mei contemptus, in hostium
 eum calamitatem uerti, ac tanta celeritate irruui,
 ut prius pugnam conseruerim, quam bello ausus
 rum me homines crediderint, ante caedem fece-
 rim, quam conflati exercitus fides fuerit. Nec le-
 uibus uero momentis tantae molis initia auspicas-
 tus sum. Tres primo statim impetu legiones, &
 in ijs Martiam, cum a auxilijs omnibus fortissimum
 exercitum,

*Prosequutus
 sum. In 8. Gab.
 et Ginnas Gab.
 1. 1. 1.*

*Segestata
 Confusio*

*alias signifi-
 cat in 1. 1. 1.
 Ginnas
 Moles a lias
 in 1. 1. 1.*

*Martiam
 legione*

HUTTENI.

Velleius exercitum, & quo non alius disciplina magis ac
legati diuina rei militaris experientia, uique & uirtute, Ro- *Inter-*
rimantur manos inter milites tunc ualebat, ipsumque simul *primus*
die post ducem & legatos, ad internitionem usque occidi *de Gaudis*
 & deleui. Quo tempore in unius mea persona,
 patriæ incolumitas constitit. Ut dicere non de-
 beat Scipio, tam consternatam se rem Romanam,
 tanque accisam restaurasse, quam ego penitus
 proculcatā et discerptā breui Germaniā restitui.
 Quam rei ipsius magnitudinē, non est quod uer-
 bis ego assequi studeam, ipsi cottidie hic ueteres
 romani loquuntur hoc, quantæ eis calamitati fue-
 rim tunc, quam misere potentissimam ciuitatem,
 Imperium florentissimum confuderim, & quod
 non alius magis illos rerum dominos, gentemque
 togatam, metu & trepidatione consternauerit.
 Certe enim quod tu non effecisti Hannibal, ad ur-
 bis usque portas obequitans, ego in ultima consti-
 tutus Germania, tanto interuallo, tot medijs flu-
 minibus ac paludibus, tot interpositis montibus, ac
 locis nullo dum itinere hominum exploratis, aut
 cognitis, ipsis etiam dirimentibus montium al-
 tissimis Alpibus, eo desperationis adegī ciuita-
 tem Romanam, ut ille Augustus Imperator, quem
 solum alioqui perpetuo fœlicem uocant homines,

¶

ARMINIVS.

Et quo nemo potentior, quod omnes sciunt, Impe-
rio illi praesuit, ita obstinate primum mori decre-
uerit, ne uideret puto, quod mihi in mentem nun-
quam uenerat, Romam capi à me, ut caput fori-
bus illis cum memoriae proditum sit, tandem
excubias tota urbe, in portis stationes, extra praesidia
disposuerit, rectoribus prouinciarum Imperium
prorogauerit, Ioui Opt. Max. si in melio-
rem statum uertisset Rempub. magnos ludos uo-
uerit, breuiter, ita de rerum summa consultaue-
rit, ac in suprema necessitate fieri solet, neque
alio tempore sollicitius cautum illud Romae sit, ne
quid detrimenti Resp. caperet, pavor ubique con-
fusissimus hominum mentes perculerit. Fuit
enim grauissima haec Romanis clades, pene exi-
tiabilis etiam. Et hoc coeptum atque perfectum
à me est, conciso atque peruulso penitusque de-
posito Germaniae statu, illius uero Reipub. flo-
rentissimis rebus, fortuna secundissima, maximis
incrementis, cum neque ut Alexander à patre
regnum, neque ut isti à Senatu exercitum cum
Imperio accepissem. Deinde alios atque alios
continue domi motus compressi. Omneis un-
dique defectionis authores postulauit, et non
nullos quidem assensu popularium puniui, alijs ue-

HUTTENI.

pro ueniam petentibus dedi. Qui transfugerant, reprehendi. Qui in dedittonem uenerant, recepi. Omnia flagitijs perpurgau. Neque pro Germanis habui, qui tributa exteris penderent, aut alijs conditionibus obnoxios teneri se paterentur. Summumque nefas proclamau, quod inter Albim & Rhenum, uirgæ & seures, ac Romana illa toga, conspecta semel essent. Ibi tum excitatis iterum ad capeffendam libertatem popularium animis, promisi fore paulo post, ne ullæ in Germania Romanorum saltem reliquie superessent, pene memoria aboleretur. Nec id multo post præstiti, quamuis haud segnius omnia contra hostes conarentur. Nam ut maxime strenuus quisque, & primæ in iuuentute spei Romæ fuit, ita Germanicum illi bellum, ulciscendi Varianam cladem studio, demandatum est. ^{Missi} haud contemnendus bello uir Tyberius Nero, & ^{in patris} eius connumerandus illius frater, egregie cordatus homo Drusus, atque alij, sic mecum certauerunt, ut Romam reuersi, ipsi quidem triumpharent, ego uero gliscente indies Libertate, immunitatem & sui iuris Germaniam obtinuerim. Tunc & uigentem animi alacritate imperatorem Germanicum, & longo militiæ usu polentem illius legatus

Virgæ & uirgæ
Si man dan uon
vullgeret uerhtin
vrg wolg 12 min
Man frin

Tiberius Nero
fuit ille sub quo
Christus passus
est & fuit huius
imperator

pompæ ad iteru
uoluerat eo bello de
mum

Germanicus dii
tur a germania
Et fuit filius Drusi

legatus

ARMINIUS.

legatum Cæcinnam, cum mille etiam naues, tan-
 quam ad expugnandam Troiam, aduersus me
 agerentur, magnis ac miseris cum populi Roma-
 ni cladibus sustinui ac repressi, & Carioualdum
 Batauorum ducem, inter auxilia Romana mul-
 tis cum nobilibus cecidi. Cattos ac Phrysijs, à
 diuersa & ipsos parte, uindice bello contudi. In-
 terea machinante illinc fratre Flauio, Iguio me-
 ro domi conuente, flagitiosa facta à Segeste
 transitio est. Quæ ne farius proditor, ne filia
 quidem sue, uxori meæ, & eidem grauidæ pe-
 percit, sed & hanc, & alias quasdam nobiles fœ-
 minas, in pudendam secum captiuitatem, & ad
 triumphum Romanam abduxit. Item, Segimerus
 cum filio perfugit ad hostes. Multi domestico-
 rum pecunia corrupti, insidias uitæ meæ con-
 struxerunt. Popularium nonnulli hostilia omnia
 machinati sunt, Adgandestrio Catto imprimis
 adeo nihil non pertentante, ut inauditum illa
 tempestate Germaniæ scelus, uenenum à Roma-
 nis, quo me conficeret petierit. Ipse nihil mo-
 tus uero, constantissime coeptis institi, neque alia
 quid prius habui, quam fas patriæ, & auitum
 Germaniæ decus. Cumque esset efficacissima
 tunc permouendi Germanorum animos caussa, si

B cuius

Dux Batauo
 in idyl von G...
 h... im...
 Contudi...
 Segestis...
 Arminij...
 bellum...

Stan Gallus
 in...
 in...
 in...



HUTTENI

cuius uxor apud hostes teneretur, neq; alio ma-
gis nomine captiuitatem timerent homines, me-
amque ego amarē ardentissime, & ab ipsa præ-
stanti inuicem fide redamarer, quodque omniū
dolentissime afficiebat, grauidam amisissem, ta-
men uel sic immotum me præstiti, neque passus
sum priuatum dolorem patriæ in me caritatem
minuere. Quin uero in iram uersus dolor, ala-
crius omnia conari impulit, quam conatus ante
essem. Vbi & mihi testes esse oportet inferos,
quantam quotidie Romanorum multitudinem huc
demiserim, uehementi ac uaria in patriæ prodi-
tores cæde pergrassatus, funestumque et atrox
per aduersarios bellum circumferens. Plane
ostendi Romanis ibi, magno iniecto pudore, non
proditione me, neque aduersus scæminas graui-
das rem gerere, sed palam armatos deposcere
mihi, in quos dignæ ultionis aculeos defigerem.
Qua re factum breui est, ut Romanos Germania
penitus eiecçerim. A quo deinde tempore, usque
in hunc puto diem, nullum fuit illorum ibi imperi-
um. Restabat Maroboduus Sueuus, qui cum mihi
ex fœdere, quod cum Romanis ipsi fuit, aduer-
saretur, tota a me belli mole petitus est. Grauis-
simum id difficillimumque certamen fuit, cum
Rege

Imperio a pueri
Bux

Mob. vi

ARMINIUS.

Rege potentissimo, ac bellicæ omnis rei scientissimo, bellicosos Sueuorum populos, ingentem sociorum uim, immensa auxilia post se trahente, cum interim a Romanis iuuaretur pecunia, & Iguomeri perfugio, magnam mihi manum, arripisset. Tamen uel sic uarie, ultro citroque tentata Fortuna, tandem inclinante ad æquioris causse partes, Deorum uoluntate, uictum atroci prælio, in ultimos Hercyniæ secessus propuli. Unde paulo post de ulteriori cauens periculo, in Italiam confugit, ibique pulchre fallentibus Romanis, qui liberaliter omnia promiserant, & spe frustratus sua, inglorius conuenit. Ego Germaniam intra se coniunctam reddidi, et unanimum, ac olim iam optato libertatis bono, tandemque adsecuto, frui cœpi. His oportet amplius gesserit, qui me sibi secundum esse uelit, aut qui præ, ad primam ego palmam uenire non debeam. Sed quia de rei militaris peritia, et imperandi scientia, ac ducendi exercitus industria, certamen est, præferat aliquis ibi se mihi, ac negat affuisse hæc illi, qui tantas in huiusmodi difficultatib. talem cōtra hostem res gesserit, easq; ad finem usq; uite, bello inuictus cōtinuauerit. Nihil alienam emulor gloriam, sed isti, absit dicto inuidia,

B ij medios

Quorum uirtute
pauca sunt deserv
Gangy Lib: 4-

Magnum manu
militum militum
Vim. Copia & militum
ludimor

Herennia a. De
Schwarzwalde

Palma a. victoria
& honori q. palma
naturæ q. rapinas
q. se uictum uigat

Collatio
Anno 1794

HUTTENI

mediocrem quisque potentiam & dispersitas ut
plurimum vires ^{Gabri augustinus} adgressi sunt. Ego terrarum or
bis imperium idque ut dictum est, ualentissimum
tunc, tot in unum coactas nationum vires, ac re
nascens ab omni ^{clade} clade bellum, & diuissime, nul
la intermissione succedentes sibi uices, ultro au
densq; in me concitavi, & ad ultimum, quod ne
hostes quidem negant, uici ac profligavi, patri
am externo decusso ^{iugo} iugo, ex omnium prope mun
di gentium, in communem seruitutem consensu,
immunem, & libertatis memorem retinui. Neq;
ulla hoc siuerit ratio iudex, ut persuadeat Alex
ander tibi, tam facile debellaturum se fuisse, uel
ut illa fuerunt tempestate Romanos, quam aut
molles Asiae populos, quibusde postea ex Roma
nis quidam nullo negotio ab se deuictis memoras
bile hoc triumpho suo ^{prætulit} prætulit, Veni, Vidi, Vici,
aut inermes Indiae nationes, quas bellorum inso
lentes, ^{commessabundus} commessabundus iste ac ebriolorum &
Bacchantium circa se militum exercitu, quatenus
adire potuit, in fugam & deditiōem coegit.
Nam quos magnificat Scythas, uidit tantum.
Certe ipsius auunculus, clarus Epirotarum Rex
negat, qui non cum Romanis quidem, sed in Italia
tamen bellum gerens, dicere solitus est, se in uiros,
nepotem

Linus libro IX

ARMINIVS.

Alexandri
in
in
in

nepotem suum in foeminas incidisse. Praeterea,
 summum fuit semper uirtutis studium mihi, nulla
 gloria sitis aut auaritia. Neque enim ita crexi
 trophaea mihi, ut Romanis deieci, aut pro opibus,
 uel imperio decertauis: Sed fuit mihi scopus, ad
 quem direxi omnia, reddere ui ademptam patriae
 libertatem. Egiq[ue] totam in summis uirtutibus
 etatem, donec premente domestica inuidia, &
 propinquorum dolo facinus patrante, liberum,
 & omnium uictorem huc animum, ex conscien-
 tia optimorum in patria meritorum, ac uita per
 omnia bene actae, transmisi. Iam tuum Minos est,
 consyderare, quem mihi praeferre uelis, qui uel
 ex grauiori angustia, ad tantam sua uirtute am-
 plitudinem emergerit, uel maiora bella gesserit,
 uel scientius rem militarem tractauerit. uel equa-
 bilius imperium administrauerit, uel meliore pro
 caussa arma sumpserit, uel maiores uires con-
 triuerit, uel minus in uita cupiditatibus dederit,
 uel constantius in bono perstiterit. In summa,
 quis sit omnium, qui his laudibus excelluerunt,
 ad quem tu primas optimo iure referas. Min.
 Generosam profecto, & non summo tantum Im-
 peratore, uerum bono etiam uiro dignam habuit
 Orationem iste. Atque ita esse ut narrauit,

Trophaea a. stulticiae
q[ui]bus uidebat in uictor
uis
scopus in g[e]o d[omi]ni
uompo

Vires in pluri g[ra]uali

B ij omnia,

ue
or
in
e
la
u
ne
i
n
u,
q[ui]
e
el
ut
n
i,
n.
x
ia
s,
n



HUTTENI

omnia neque aliquid affinxisse cum scio. Equidem memini admiratum me tunc, istiusmodi ferre industriam barbaricum. Quamobrem, cum & optimam iste conatus sui causam habuerit, & tantum animo ac uirtute, militarique scientia ualuerit, neque aliter quam ad patrie commodum periclitatus sit, minimumque uitis concesserit, non uideo, per Iouem, quis rectius Imperatorum summus haberi debeat. Nec dubium est, quin, si primo statim uobiscum, o Alexander, contendisset hic, palmam ei ultro addixissem. Nunc iam, quia quod iudicatum semel hic est, rescindere illud fas prohibet, neque constitutum ante ordinem mouere licet, satis habere decet te Armini, hoc in animi sententia esse mihi, quod uerbis quoque pronunciaissem, si cum istis ambitiosus tu esse uoluisses. Quia uero fuisti liberator Germanie, & bello pro libertate suscepto inuictum omnes confitentur, neque ibi uel periculi plus exhauris sit quisquam, uel commodi in publicum accessus est, placet cum Brutis ponere te, & inter patrie libertatis uindices, primo loco. Mercurio autem huic negotium do, ut in foro, plateis, circo, triuijs, & ubiubi hominum ac Deorum frequentia est, pronunciet Arminium Cheruscum libertinum, inuictissimum & Germanum.

ARMINIVS.

nissimum, sicque iubeat passim ab omnibus acclamari tibi. Idq; decretum & constitutum esto, neque ulli posthac refragari liceat. Alexan. At seruiuit aliquando hic. Ego semper Rex, semper fui liber. Armini. Ego minime uero mente obnoxius ulli unquam fui. Semper enim libertatis memor, cum aliud nihil agitare animo, nisi quomodo possem, oblata occasione, iuuare patriam, in illa popularium seruitutis patientia, donec facta prestare non potui, consilium quoq; dissimulaui, & clausam intra me Libertatis curam tenui. Alexan. Hoc est, quod ferunt illi, non licuisse tibi desciscere ab ijs, quarum semel iugum accepisses. Armini. Atque hoc est, quod ego contra respondeo, neque accepisse iugum me, uel animo in seruitutem consensisse, neque si eo, necessitatis iniquo aliquo tempore coactus, me impediuissem, non licuisse per occasionem quandocunque ea se dedisset, inde rursus expediri. Nam quod ius habere potest, qui naturæ beneficium alteri eripit? Vel que iniuria est, suum sibi uiolenter detractum, pari uiolentia recuperare? Alexan. At fidem dederas. Arminius. Ut indigne aliquid paterer non dederam. Potui tamen ho-

B iij

nefte

HUTTENI

honeste & liberaliter parere, si modeste illi & ciuilititer imperare uoluissent. Sed ut ^{trigam} dedissem ex tortam ui & iniuria, communis hoc uita sancit, fidem non esse, quam ^{raptores} raptores exigunt, ab eis, qui necessitate coacti, ea concedunt facile, quibus nec ipsi carere debent, nec uti qui rapiunt. Porro, qui alteri ^{capitulum} iugum inicit, nonne ea tenus sibi ^{in seipsum} obnoxium habet, quatenus ui tenere potest? Aut non licet armis per iniuriam adempta, armis per occasionem repetere? Neque puto, contra naturam cum sit, ex libero seruum fieri, contra leges esse debere, ad naturæ donum respicere. Ea demum fides est, qua damus quod debemus, Age autem, quis tam iniuriæ patiens esse debet, ut ea ferat, quæ in Germania faciebant Romani tunc: quæque Varus, homo omnium puto quos terra protulit auarissimus, & iniquissimus? Qui cum Syriam ante spoliando circumrassisset, Germanos ex toto consumere ^{spoliando} peculando instituerat. Ibiq; ea fuit superbia & animi impotentia, ut mente conciperet, bestias esse Germanos, & ratione carentia bruta, non homines, neque ullam tantam esse indignitatem, quam a uersari nos deceret, aut contra quam resistere. Itaque nihil amentiae suæ temperauit, omne flagitium,

Sancit Lindung
Got in ed. v. galle

Romani
publici ferari

Germanos

Germanos ex toto consumere

instituerat

bestias esse Ger

manos, & ratione carentia bruta,

neque ullam tantam esse indignitatem,

quam a uersari nos deceret,

aut contra quam resistere.

Itaque nihil amentiae suæ temperauit,

omne fla

gitium,

ARMINIVS.

gitium, & omne ausus est scelus. Quapropter
 ego, illud cum ^{g. 14. 27} consciui facinus, non erga legiti-
 mos dominos fidem fefelli, sed contra iniquissis-
 mos Tyrannos, ius patrie, & commune fas ob-
 tinui. Min. Ingenue causam tutatus est, & sic
 ego existimo, neminem ita alteri pace obstrictum
 esse, ut talibus ^{omni causa} percitus causis, mutandæ ius non
 habeat. Scip. Et tamen perfidiam obijciunt huic
 nostri, ac nimis crudeliter uidetur Varianam
 exercuisse uictoriam. Armin. Eadem Scipio ra-
 tione perfidi fuerint tyrannicidæ ubique omnes
 & patrie libertatis adsertores, uestri præser-
 tim, qui Tarquinos eiecerunt, & Cæsarem in-
 terfecerunt, ac summam ob id laudem, sempiterna-
 nam inter uos gloriam consecuti sunt. Denique
 eorum est perfidia, qui ad fortune motus spes-
 tant, & mutabilem ad hos fidem circumferunt.
 Me causse equitas, contra aduersos quoque ca-
 sus niti perpulit. Dicat iste uero Minos, talem
 tanque importunam Quintilij atrocitatem, an
 non licue: it mihi, cum occasionem Diij tribuissent,
 alia inuicem atrocitate punire. Min. Censeo,
 licuit Hannibali. Ecce autem qui iactas nihil tam
 necessarium tibi uisum, quin patrie ^{amur} studium per-
 uicerit, tamen regnum affectasse diceris, & qui

B 2 alienum

Conclusio

Fas signum fuit id
 quod ius perit

Peritio a uerbis
 Ciro

Tyranni u. dicitur de
 rinde litate

Ad solum. li.
 bonarum

Involuntarius...
Nefarius...

HUTTENI

alienum gloriaris amolitur te iugum, a popula-
ribus, tuum ^{autem} ⁱⁿ ^{id} ^{em} intentasti, quod nefas in meum
animum nunquam cecidit, ut uel huius ergo pra-
poni ipse tibi debeam. Armin. Minime tu qui-
dem hanc ob causam, siquidem apud se esse uolet
hic Minos. Nam regnum capessendi nunquam
mibi cupido incescit. sed fuit inimicorum ea inui-
dia, quae suspicionem hanc hominibus iniecit.
Omnes autem intelligimus sic humanitus compa-
ratum esse, ut quorum plurimae sunt uirtutes, eo-
rum par contra sit inuidia. Nam soli inuidiam
non sentiunt, quorum in conspectu uirtus non est.
Eos maxime illa petit, quos altissime euexit haec.
Necesse est autem multum in commune possit, cui
rerum summa procuranda est. Quam facile
pessum redisset publica libertas, si ad uniuscu-
iusque paruum de me opinionem, uires, quibus tu-
enda ea fuit, dimissem. in hoc propositum cum
potentiam retinerem, gratumque id bonis face-
rem, in affectatae tyrannidis calumniam apud
malos incidi. Quod si regnum occupassem eti-
am, cui id magis conueniebat, quam ei, qui ab
externa seruitute redemerat, quos sub patrium
regnum collecturus erat? Mihi nondum parem
retulisset gratiam patria, si pro restituta sibi li-
bertate,

Inuoluntarius à uerbo
nisi

Separati & B
humanitas...
et alibi in...
lib. 3.º

f. str. ... angust...

Hi

Ab...
lib. 6.º

ARMINIVS.

bertate, seque ab interitu prope vindicata, res
gnum ultro detulisset. At uero languescente post
temporis interualla, accepti beneficij memoria,
^{patria} passa est impeti calumnia primum, deinde oppri-
^{antefr} mi scelere. Quod nec primo mihi, uec ultimo
reor contigit. Tuis enim benemeritis grati fue-
runt Carthaginenses? Aut non fuit, que te pre-
^{omni} meret, immo que oppressit tandem inimicorum
domi insectatio? Hann. Fateor, fuit. Armin.
Nam Scipioni, credo, uicem reddidit patria, in
qua ab se amplissime decorata, post tot edita præ-
clara facinora, ne mori quidem permissus est.
Certe Alexandro domestica inuidia mortem con-
cinnauit. Min. Etiam hoc expediuit. Ita enim
est: Nemo clarus unquam fuit, cui non aliquan-
do fraudi sua esset uirtus. Necesse est uero, hunc
qui norunt Arminium, præclaram ob indolem,
ualde ament. Proinde, auctum honore decet
esse te Germane, neque nos tuarum uir-
tutum fas est unquam fieri immemo-
res. Sed iam ipsum iube sequi te
Mercuri, ac faceffe actus
tum iussa. Vos ad
uestra hinc re-
dite, Mer. sequere.

P. Corne

Ironia

*Fraus et
degradat*

P. CORNE

LII TACITI HISTO-

RICI DE SITV, ET MO-

ribus & populis Germaniæ, libellus.



ERMANIA

omnis à Gallis Rhetis-
que & Pannonis Rheno & Danubio fluminibus, à Sarmatis Dacisque mutuo metu aut montibus separatur. Cætera Oce-

anus ambit, latos sinus & insularum immensa spacia complectens, nuper cognitis quibusdam gentibus ac regibus, quos bellum aperuit. Rhenus Rheticarum alpium inaccessio ac præcipiti uertice ortus, modico flexu in occidentem uersus, septentrionali Oceano miscetur. Danubius molli & clementer edito montis Arbonæ iugo effusus, plures populos adit, donec in Ponticum mare sex meatibus erumpit, Septimum enim os paludibus

DE MORIB. GERMANORUM.

paludibus hauritur. Ipsos Germanos indigenas crediderim, minimeq; aliarum gentium aduentibus & hospitibus mixtos: quia nec terra olim, sed classibus aduehebantur, qui mutare sedes querebant, & immensus ultra, utq; sic dixerim, aduersus Oceanus raris ab orbe nostro nauibus aditur. Quis porro præter periculum horridi & ignoti maris, Asia aut Africa aut Italia relicta, Germaniam petere? informem terris, asperam caelo, tristem cultu aspectuq; nisi si patria sit? Celebrant carminibus antiquis (quod unum apud illos memorie & annalium genus sit) Tuistonem deum terra editum, & filium Mannum originem gentis conditoresq;. Manno tres filios assignant, e quorum uominibus proximi Oceano Ingeuones, medij Herminones, ceteri Isteuones uocentur. Quidam autem licentia uetustatis plures deo oratos, pluresq; gentis appellationes, Marsos, Gambriuos, Sueuos, Vandalos affirmant: eaq; uera & antiqua nomina: ceterum Germanie uocabulum recens, & nuper additum: quoniam qui primi Rhenum transgressi, Gallos expulerint ac nunc Tungri, nunc Germani uocati sint: ita nationis nomen, non gentis eualuisse paulatim, ut omnes primum à uictore ob metum, mox à seipsis

Teutsch,
hinc com=
mune
Germano
rum omni
um uoca=
bulum.

*Et hinc ab omnibus
Dammis à meridie
Sarmatia & Sarmatia ab ortu
Mare Scythum & Bohem à Septentrione*

P V B. CORNELII TACITI

seipsis inuento nomine, Germani uocarentur. Fu-
isse apud eos et Herculem memorant. Primumq;
omnium uirorum fortium ituri in praelia canunt.
Sunt illis hæc quoq; carmina, quorum relatu,
quem Baritum uocant, accendunt animos, futu-
raeq; pugnae fortunam ipso cantu augurantur,
terrent enim, trepidantue, prout sonuit acies,
nec tam uoces illæ quam uirtutis concentus ui-
dentur. Affectatur præcipue asperitas soni, &
fractum murmur, obiectis ad os scutis, quo ple-
nior & grauior uox repercussu intumescat. Ces-
terum & Vlyxem quidam opinantur longo illo
& fabuloso errore in hunc Oceanum delatum,
Ascibur- adisse Germaniæ terras, Asciburgiumq;
gium. in ripa Rheni situm hodie incolitur, ab illo con-
Dœsburg stitutum nominatumq; δδ uosi τει γιορ.
in Geldris Aram quinctiam Vlyxi consecratam, ad-
uel a nos iecto Laerte patris nomine, eodem loco olim res-
mine Vlypertam, monumentaq; , & tumulos quosdam
sis, quasi Græcis literis inscriptos, in confinio Germaniæ
δδ uosi- Rhetiæq; adhuc extare, quæ neq; confirmare ar-
πυρ γιορ, gumentis, neq; refellere in animo est, ex ingenio
uel a nos suo quisque demat, uel addat fidem. Ipse eorum
mine & su. opinionibus accedo, qui Germaniæ populos nullis
alijs aliarum nationum connubijs infectos, pro-
priam &

DE MORIB. GERMANORVM.

priam & sinceram, & tantum sui similem gentem extitisse, arbitrantur. Vnde habitus quoque corporum, quanquam in tanto hominum numero idem, omnibus truces & caerulei oculi, rutilæ comæ, magna corpora, & tantum ad impetum ualida laboris atque operum non eadem patientia, minimaque sitim æstumque tolerare, frigora atque in mediâ cælo soloue assucuerunt. Terra & si aliquanto specie differt, in uniuersum tamen aut syluis horrida, aut paludibus foeda, humidior qua Gallias, uentosior qua Noricum ac Pannoniam afficit, satis ferax, frugiferarum arborum impatiens, pecorum foecunda, sed plerumque improcera, ne armatis quidem suis honor, aut gloria frontis, numero gaudet, cæque sole et gratissime opes sunt. Argentum & aurum propitij an irati dii negauerint, dubito. Nec tamen affirmauerim nullam Germaniæ uenam argentum aurumue gignere, quis n. scrutatus est? possessioe & usu haud perinde afficiuntur. Est uidere apud illos argentea uasa, Legatis et Principibus eorum muneri data non in alia uilitate, quam quæ humo finguntur, quanquam proximi ob usum commerciorum aurum & argentum in precio habent, formasque quasdam nostræ pecuniæ agnoscunt atque eligunt. Inferiores simplicius & antiquius permutatione

P V B. CORNELII TACITI

mercium utuntur, pecuniam probant ueterem & diu notam serratos bigatosq; . Argentum quoq; magis quam aurum sequuntur nulla affectione animi, sed quia numerus argenteorum facilius usui est, promiscua ac uilia mercantibus. Ne ferrum quidem superest, sicut ex genere telorum colligitur. Rari gladijs aut maioribus lanceis utuntur, hastas, uel ipsorum uocabulo frameas gerunt angusto & breui ferro, sed ita acri & ad usum habili, ut eodem telo, prout ratio poscit uel cominus uel exinus pugnent, & eques quidem scuto frameaq; contentus est, pedites & missilia spargunt, plura singuli, atq; in immensum uibrant, nudi aut sagulo leues, nulla cultus iactatio. Scuta tantum lectissimis coloribus distinguunt, paucis lorice. Vix uni alteriue cassis aut galeæ. Equi non forma, non uelocitate conspicui, sed nec uariare gyros in morem nostrum docentur. In rectum aut uno flexu dextros agunt, ita coniuncto orbe, ut nemo posterior sit, in uniuersum aestimanti plus penes peditem roboris, eoque mixti præliantur, apta & congruente ad equestrem pugnam uelocitate peditem, quos ex omni iuuentute delectos ante aciem locant. Definitur & numerus, centeni ex singulis pagis

M. S. B. l. v. Das
 in unum
 S. sagulo. v. mil
 in unum
 L. omnia. v. in
 p. ant. h. v.

DE MORIB. GERMANORVM.

pagis sunt: idq; ipsum inter suos uocantur, & quod primo numerus fuit, iam nomen & honor est. Acies per cuneos componitur, cedere loco, dummodo rursus instes, consilij quam formidinis arbitrantur. Corpora suorum etiam in dubijs praelijs referunt. Scutum reliquisse precipuum flagitium, nec aut sacris adesse, aut concilium inire ignominioso fas, multiq; superstites bellorum infamiam laqueo finierunt. Reges ex nobilitate, duces ex uirtute sumunt. Nec regibus infinita ac libera potestas, & duces exemplo potius quam imperio, si prompti, si conspicui, si ante aciem agant admiratione presunt. Ceterum neq; animaduvertere, neq; uincire, neq; uerberare quidem, nisi sacerdotibus permissum, non quasi in poenam nec ducis iussu, sed uelut Deo imperante, quem adesse bellantibus credunt, effigiesq;, & signa quaedam detracta lucis in praelium ferunt, quodq; precipuum fortitudinis incitamentum est non casus, nec fortuita conglobatio turmam aut cuneum facit, sed familiae & propinquitates, & in proximo pignora: unde ululatus foeminarum audiri, unde uagitus infantium, hij cuiq; sanctissimi testes, hij maximi laudatores. Ad matres, ad coniuces uulnera ferunt, nec ille numerare, nec

arduum C exigere

Memoriae p[ro]p[ri]e...
man[us] p[ro]p[ri]e

Somnus . . . V[est]al[is]

Erminis . . . non formosus

PVB. CORNELII TACITI

exigere plagas pauent. Cibosque & hortamina
pugnantibus gestant. Memoriae proditur, quas
dam acies inclinatas iam & labantes à sceminis
vestitutas constantia precum & obiectu pectorū,
& monstrata cominus captiuitate, quam longe
impatentiū sceminarum suarum nomine timent,
adeo ut efficacius obligentur animi ciuitatum,
quibus inter obsides, puellae quoq; nobiles impe-
rantur. Inesse quinetiam sanctum aliquid, &
prouidum putant, nec aut consilia earum asper-
nantur, aut responsa negligunt. Vidimus sub
diuo Vespasiano Velledam diu apud plerosq;
numinis loco habitam. Sed & olim Auriniam &
compluris alias uenerati sunt, non adulatione,
nec tanquam facerent deas. Deorum maxime
Mercurium colunt, cui certis diebus, humanis
quoq; hostijs litare fas habent. Herculem ac
Martem concessis animalibus placant. Pars
Sueuorum & Isidi sacrificat. Vnde causa & or-
rigo peregrino sacro parum conperi, nisi quod
signum ipsum in modum Liburnae figuratum do-
cet aduectam religionem. Caeterum nec cohibere
pari[t]ibus deos, neq; in ullam humani oris speci-
em assimilare ex magnitudine caelestium arbitran-
tur. Lucos ac nemora cōsecrant, deorumq; no-
minibus

Velleda uirgo

Litans & Sacrifi-
ijs placant

DE MORIB. GERMANORVM.

minibus appellant, secretū illud, quod sola reuerentia uident. Auspicia, sortesq; ut qui maxime obseruant. Sortiū consuetudo simplex, uirgam frugiferæ arbori decisam, in surculos amputant, eosq; notis quibusdam discretos, super candidam uestem temere ac fortuito spargūt, mox si publice consulitur, sacerdos ciuitatis: sin priuatim, ipse pater familie precatus deos cœlumq; sufficiens, ter singulos tollit, sublatos secundū impressam ante notam interpretatur. Si prohibuerunt nulla de eadem re in eundem diem cōsultatio. Sempermissum, auspiciorū adhuc fides exigitur, & illud quidem etiam hic notum, auium uoces, uolatusq; interrogare. Proprium genis equorum quoq; præfagia ac monitus experiri, publice aluntur ipsdem nemoribus ac lucis candidi & nullo mortali opere contacti quos pressos sacro curru Sacerdos ac Rex uel Princeps ciuitatis comitantur, hinnitus ac fremitus obseruant. Nec ulli auspicio maior fides non solum apud plebem, sed apud proceres, apud sacerdotes. Se enim ministros deorum, illos conscios putant. Est & alia obseruatio auspiciorum, qua grauium bellorum euentus explorant. Eius gentis cum qua bellum est captiuum quoquo modo inter-

P V B. CORNELII TACITI

interceptum cum electo popularium suorum, patris quenq; armis committunt, uictoria huius uel illius pro præiudicio accipitur. De minoribus rebus Principes consultant, de maioribus omnes: ita tamen ut ea quoq; quorum penes plebem arbitrium est, apud principes pertractentur. Coeunt, nisi quid fortuitum & subitum incidit, certis diebus, cum aut inchoatur Luna aut impletur. Nam agendis rebus hoc auspiciatissimum initium credunt, nec dierum numerum ut nos, sed noctium computant. Sic constituunt, sic condicunt, nox ducere diem uidetur. Illud ex libertate uitium, quod non simul, nec iussi conueniunt, sed & alter, & tertius dies cunctatione concuntium absumitur. Ut turbæ placuit, confidunt armati. Silentium per sacerdotes, quibus tum & coercendi ius est, imperatur. Mox Rex uel Princeps, prout ætas cuiq;, prout nobilitas, prout decus bellorum, prout facundia est, audiuntur autoritate suadendi magis quam iubendi potestate. Si displicuit sententia, fremitu aspernantur. Sin placuit, frameas concutiunt, honoratissimum assensus genus est armis laudare, licet apud concilium accusare quoq; & discrimen capitis insendere. Distinctio pœnarum ex delicto, proditores

DE MORIB, GERMANORVM.

tores & transfugas arboribus suspendunt. Ignauos & imbelles & corpore infames coeno ac palude, iniecta insuper crate, mergunt. Diuersitas supplicij illuc respicit tanquam scelera ostendi oporteat dū puniuntur, flagitia abscondi. Sed & leuioribus delictis pro modo poenarum equorum pecorumq; numero conuicti mulctantur, pars mulctæ regi uel ciuitati, pars ipsi qui uindicatur uel propinquis eius exoluitur. Eliguntur in iisdem concilijs & Principes, qui iura per pagos uicosq; reddunt. Centeni singulis ex plebe comites consilium simul & autoritas adsunt. Nihil autem neq; publicæ neq; priuatae rei, nisi armati agunt. Sed arma sumere nō ante cuiquam moris, quam ciuitas suffectorum probauerit. Tum cum in ipso concilio uel principum aliquis uel pater uel propinquus scuto frameaque iuuenem ornant: hæc apud illos toga, hic primus iuuentæ honos, ante hoc domus pars uidentur, mox reip. Insignis nobilitas aut magna patrum merita principis dignationem etiam adolescentulis assignant. Cæteris robustiorib, ac iam pridem probatis aggregantur, nec rubor inter comites aspici. Gradus qui etiam ipse comitatus habet iudicio eius quem sectantur. Magnaq; & comitū emulatio, quibus

PVB. CORNELII TACITI

primus apud principem suum locus. Et principum cui plurimi et acerrimi comites: hæc dignitas, hæc uires magno semper electorum iuuenum globo circumdari, in pace decus, in bello præsidium, nec solum in sua gente cuiq; sed apud finitimas quoq; ciuitates id nomen, ea gloria est, si numero ac uirtute comitatus emineat. Expetuntur enim legationibus et muneribus ornantur, et ipsa plerumq; fama bella profligant. Cum uentum in aciem, turpe principi uirtute uinci, turpe comitatui uirtutem principis non æquare. Jam uero infame in omnem uitam ac probrosum, superstitem principi suo ex acie recessisse. illum defendere, tueri, sua quoq; fortia facta gloriæ eius assignare, principum sacramentum est. Principes pro uictoria pugnant, comites pro principe. Si ciuitas in qua erit sunt, longa pace et ocio torpeat, pleriq; nobilium adolescentium petunt uero eas nationes quæ tum bellum aliquod gerunt, quia et ingrata genti quies, et ut facilius inter ancipitia clarescant, magnumq; comitatum non nisi ui belloq; tuere: exigunt enim principis sui liberalitate illum bellatorem equum, illam cruentam uirricemq; framcam. Nam epulæ et conuictus quanquam incompti largi tamen apparatus

DE MORIB. GERMANORVM.

apparatus pro stipendio cedunt. Materia munificentiæ per bella & raptus, nec arare terram aut expectare annũ tam facile persuaseris, quam uocare hostes et uulnera mereri. Pigrum quini-
mo & iners uidetur sudore acquirere, quod possis sanguine parare. Quotiens bella non incunt, non multũ uenatib. plus per ociũ transigunt, dediti somno ciboq; fortissimus quisq; ac bellicosissimus nihil agens, delegata domus & penatium & agrorũ cura fceminis senibusq; & infirmissimo cuiq; ex familia. Ipsi habent miram diuersitatem nature, cum iidem homines sic ament inertiam & oderint quietem. Mos est ciuitatibus ulro ac uiritim conferre principibus uel armentorũ uel frugum, quod pro honore acceptum etiam necessitatibus subuenit. Gaudent precipue finitimarũ gentium donis, quæ non modo à singulis, sed publice mittuntur. Electi equi, magna arma, phalerae, torquesq; iam & pecuniam accipere docuimus. Nullas Germanorũ populis urbes habitari satis notũ est, ne pati quidẽ inter se iunctas sedes. Colunt discreti ac diuersi ut fons, ut cãpus, ut nemus placuit. Vicos locant nõ in nostrũ morẽ, cõnexis & coherẽtib. edificijs. suã quisq; domum spacio circũdat, siue aduersus casus ignis remedium siue

P V B. CORNELII TACITI

inſcitia edificandi . Nec cementorum quidem
apud illos , aut tegularum uſus . Materia ad omnia
utuntur inſormi , & citra ſpeciem aut delectationem .
Quædam loca diligentius illinunt terra ita pura & ſplendente , ut picturam ac li-
niamenta colorum imitetur . Solent & ſubterraneos ſpecus aperire , eosq; multo inſuper ſimo on-
nerant , ſuffugium hyemi & receptaculum fruſ-
gibus : quia rigorem frigorum eiufmodi locis
mollunt , & ſi quando hoſtis aduenit , aperta po-
pulatur , abdita autem & defoſſa aut ignorantur ,
aut eo ipſo fallunt , quod quærenda ſunt . Te-
gumen omnibus ſagum , fibula , aut ſi deſit , ſpina
conſertum . Cætera intecti totos dies iuxta focum
atq; ignem agunt . Locupletiffimi ueste diſtingun-
tur non fluitante ſicut Sarmatæ ac Parthi , ſed
ſtriſta ſingulos artus exprimente . Gerunt & fer-
rarum pelles proximi ripæ negligenter . Ulteriores
res exquisitis , ut quibus nullus per commercia
cultus . Eligunt feras , & detracta uelamina
ſpargunt , maculis pellibusq; belluarum , quas ex-
terior Oceanus atq; ignotum mare gignit . Nec
alius foeminis quam uiris habitus , niſi quod foe-
minæ ſæpius lineis amictibus uelantur , eosq; pur-
pura uariant , partemq; uestitus ſuperioris in
manicas

DE MORIB. GERMANORVM.

manicas non extendunt: nude brachia ac lacertos, sed & proxima pars pectoris patet, quanquã seuera illic matrimonia, nec ullam morum partem magis laudaueris. Nam prope soli barbarorum singulis uxoribus contenti sunt, exceptis admodum paucis qui non libidine, sed ob nobilitatem plurimis nuptijs ambiuntur. Dotem nõ uxor marito, sed uxori maritus offert. Intersunt parentes & propinqui, ac munera probant. Munera non ad delicias muliebres quaesita, nec quibus noua ^{poua} nupta comatur, sed boues & frenatum equum, & scutum cum framea gladioq;. In hac munera uxor accipitur, atq; inuicem ipsa armorum aliquid uiro affert, hoc maximum uinculum, hac arcana sacra, hos coniugales deos arbitrantur, ne se mulier extra uirtutum cogitationes, extraq; bellorum ^{puncta} casus putet. Iphis incipientis matrimonij auspicijs admonetur, uenire se laborum periculorumq; sociam, idem in pace, idem in praelio ^{in p[ro]p[ri]o} passuram ausuramque: hoc iuncti boues, hoc paratus equus, hoc data arma denunciant, sic uiuendum, sic pereundum, accipere se, quae liberis inuiolata ac digna reddat, quae nurus accipiant, rursus quae ad nepotes referantur. Ergo septa pudicitia agunt, nullis spectaculorum ^{in honore} C P illecebris,

Significatio

PVB. CORNELII TACITI

^{in omnibus} illecebris, nullis conuiuiorū irritationibus corrup-
^{no in domo} ptæ. Literarum secreta uiri pariter ac foeminae
^{in magna} ignorant. Paucissima in tam numerosa gente ad-
^{in capto forto} dulteria, quorum poena praesens et maritis per-
missa, accisis crinibus, nudatam coram propin-
quis, expellit domo maritus, ac per omnem uicum
^{in gello} uerberare agit. Publicatae n. pudicitiae nulla ue-
^{in gello} ria: non forma, non aetate, non opibus maritū in-
uenit. Nemo enim illic uitia ridet, nec corrumpere et corrumpi seculum uocatur. Melius qui-
dem adhuc eae ciuitates, in quib. tantum uirgines nubunt, et cum spe uotoq; uxoris semel transigi-
tur. Sic unum accipiunt maritum, quo modo unū corpus, unamq; uitam, ne ulla cogitatio ultra, ne longior cupiditas, ne tanquam maritum, sed tanquam matrimonium ament. Numerum liberorū finire, aut quenquam ex agnatis necare, flagitiū habetur, Plusq; ibi boni mores ualent, quam alibi bonae leges. In omni domo nudi ac sordidi, in hos artus, in haec corpora, quae miramur, excrescunt. Sua quenq; mater uberibus alit, nec ancillis ac nutricibus delegantur. Dominum ac seruum nullis educationis delitijs dignoscas. Inter eadem pecora in eadē humo degunt. donec aetas separet ingenuos, uirtus agnoscatur. Sera iuuenū Venus eoq; inexhausta

Sordidi Gato 60p
Flauio in

DE MORIB. GERMANORVM.

inexhausta pubertas, nec uirgines festinantur,
eadem iuuenta similis proceritas pares ualidaeq;
mifcentur, ac robora parentum liberi referunt.
Sororum filys idem apud auunculū, qui ad patrē
honor. Quidam sanctiorē arctioremq; hunc ne-
xum sanguinis arbitrantur, & in accipiendis obs-
fidib. magis exigunt, tanquā & in animum fir-
mius & domū latius teneant, heredes tamen suc-
cessoresq; sui cuiq; liberi, & nullum testamentū.
Si liberi nō sunt, proximus gradus in possessione,
fratres, patrui, auunculi. Quanto plus propin-
quorū: quo maior affinium numerus, tanto gra-
tior senectus, nec ulla orbitatis pretia. Suscipere
tam inimicitias seu patris seu propinqui, quā ami-
cicias necesse est, nec implacabiles durāt. Luitur
enim etiam homicidiū certo armentorum ac pec-
corum numero, recipitq; satisfactiōem uniuersa
domus: utiliter in publicum, quia periculosiores
sunt inimicitiae iuxta libertatem. Conuictibus &
hospitijs non alia gens effusius indulget. Quens-
cumq; mortaliū arcere tecto, nefas habetur: pro
fortuna quisq; apparatus epulis excipit. Cum de-
fecere: qui modo hospes fuerat monstrator ho-
spitijs & comes, proximam domum non inuitati
adeunt, nec interest, pari humanitate accipiun-
tur.

P V B. CORNELII TACITI

tur. Notum ignotumq; quantum ad ius hospitis nemo discernit. Abeunti si quid poposcerit, concedere moris, & poscendi inuicem eadem facilitas. Gaudent muneribus, sed nec data imputant, nec acceptis obligantur. Victus inter hospites comis, statim e somno, quem plerumq; in diem extrahunt, lauantur, saepius calida, ut apud quos plurimum hyems occupat, lauti cibum capiunt, separate singulis sedes, & sua cuiq; mensa. Tum ad negocia, nec minus saepe ad conuiuia procedunt armati, diem noctemq; continuare potando, nulli probrum. Crebrae ut inter uinolentos rixae, raro conuitijs, saepius caede & uulneribus transiguntur. Sed de reconciliatis inuicem inimicitijs, & iungendis affinitatibus, adsciscendis principibus: de pace deniq; ac bello plerumq; in conuiuijs consultant, tanquam nullo magis tempore aut ad simplices cogitationes pateat animus aut ad magnas incalescat. Gens non astuta nec callida, aperit adhuc secreta pectoris, licentia ioci. Ergo detecta & nuda omnium mens postera die retractatur, & salua utriusq; temporis ratio est. Deliberant, dum fingere nesciunt: constituunt, dum errare non possunt. Potui humor ex ordeo aut frumento, in quandam similitudinem
uini

DE MORIB. GERMANORVM.

uini corruptus : proximi ripæ et uinum mercantur. Cibi simplices, agrestia poma, recens fera, aut lac concretum, sine apparatu, sine blandimentis expellunt famem. Aduersus sitim non eadem temperantia : si indulseris ebrietati, suggerendo quantum concupiscunt, haud minus facile uitijs quam armis uincuntur. Genus spectaculorum unum atq; in omni cœtu idem. Nudi iuuenes quibus id ludicrum est, inter gladios se atq; infestas frameas saltu iaciunt. Exercitatio artem parat, ars decorem, non in quæstum tamen aut mercedem, quamuis audacis lasciuie pretium est uoluptas spectantium. Aleam (quod mirere) sobrii inter seria exercent : tanta lucrandi perenditiue temeritate, ut cum omnia defecerunt, extremo ac nouissimo iactu de libertate ac de corpore contendant : uictus uoluntariam seruitutem adit : quamuis iunior, quamuis robustior, alligari se ac uenire patitur. Ea est in re praua peruicacia, ipsi fidem uocant. Seruos conditionis huius per commercia tradunt, ut se quoq; pudore uictorie exoluant. Cæteris seruis non in nostrum morem, descriptis per familiam ministerijs, utuntur. Suam quisq; sedem, suos penates regit. Frumenti modum dominus, aut pecoris aut uestis, ut
colono

P V B. CORNELII TACITI

solono iniungit, et seruus haftenus paret. Cetera
domus officia uxor a ut liberi exequuntur. Verbe
rare seruum, ac uinculis & opere coercere, rar
rum Occidere solent non disciplina & seueritate
sed impetu & ira ut inimicum, nisi quod impune
est. Liberti non multum supra seruos sunt. Raro
aliquod momentum in domo, nunquam in ciuitate,
exceptis duntaxat ijs gentib. quae regnantur: ibi
enim & super ingenuos & super nobiles ascen
dunt. Apud ceteros impares libertini libertatis
argumentum sunt. Foenus agitare, & in usuras
extendere, ignotum: ideoque magis seruatur quam
si uetitum esset. Agri pro numero cultorum ab unis
uersis per uices occupantur, quos mox inter se
secundum dignationem partiuntur, facultatem par
tiendi camporum spatia praestant. Arua per an
nos mutant et superest ager: nec enim cum uber
tate & amplitudine soli laborare contendunt, ut
pomaria conserant, & prata separent & hortos
rigent: sola terrae seges imperatur. Vnde annum
quoque ipsum non in totidem digerunt species. Hy
ems & uer & aestas intellectum ac uocabula ha
bent: autumnus perinde nomen ac bona ignorantur.
Funerum nulla ambitio. Id solum obseruatur, ut
corpore clarorum uirorum certis lignis cremetur.

Struena

DE MORIB. GERMANORVM.

Struem rogi nec uestibus nec odoribus cumulant,
 sua cuiq; arma, quorundam igni & equus adijcis-
 tur. Sepulchrū cespes erigit. Monumentorum ar-
 duum & peroperosum honorē et grauem defun-
 ctis aspernantur. Lamenta ac lachrymas cito, do-
 lorem & tristitiā tarde ponunt. Fœminis lugere
 honestum est, uiris meminisse. Hæc in cōmune de
 omnium Germanorum origine ac morib accepis-
 mus. Nunc singularum Gentiū instituta ritusque,
 quatenus differant: quæ nationes e Germania in
 Gallias cōmigrauerint, expediā. Validiores olim
 Gallorum res fuisse, summus autorum diuus Iulius
 tradit, eoq; credibile est etiam Gallos in Germani-
 niā transgressos. Quantulum n. annis obstabat,
 quo minus ut quæq; gens eualuerat, occuparet
 permutaretq; sedes promiscuas adhuc & nulla
 regnorum potentia diuersas. Igitur inter Her-
 ciniam syluam Rhenumq; & Mœni amnes, Hel-
 uetij, ulteriora Boij, Gallica utraq; gens tenuere.
 Manet adhuc Boiemī nomen, significatq; loci uete-
 rem memoriam, quamuis, mutatis cultorib, sed
 utrū Aranisci in Pannoniā ab Osis Germanorum
 natione, an Osi ab Araniscis in Germaniam com-
 migrauerint, cum eodem adhuc sermone institutis
 moribus

*Hic dicitur de
 omnibus Germanorum
 moribus in genere
 Nunc ista dicitur in spe-
 ciat de singularum gen-
 tium origine, moribus &
 sim*

*Aranisci dicitur in
 na*



P V B. CORNELII TACITI

moribus utantur, incertum est: quia pari olim inopia ac libertate eadem utriusq; ripae bona malaq; erant. Treuiri & Neruij circa affectationem Germanicae originis ultra ambitiosi sunt, quos Tor tanquam per hanc gloriam sanguinis a similitudine & inertia Gallorum separentur. ipsam Rheni ripam haud dubie Germanorum populi colunt, Vangiones, Treboci, Nemetes. Vbi quidem, quanquam Romana Colonia esse meruerunt, ac libentius Agrippinenses conditoris sui nomine uocentur, origine erubescunt: transgressi olim, & experimento fidei super ipsam Rheni ripam collocati ut arcerent, non ut custodirentur. Omnium harum gentium uirtute praecipui Bataui, non multum ex ripa, sed insulam Rheni annis colunt. Cattorum quondam populus, & seditione domestica in eas sedes transgressus, in quibus pars Romani imperij fierent. Manet honos, & antiquae societatis insigne: nam nec tributis premuntur, nec publicanus atterit, exempti oneribus & collationibus, & tantum in usum praeliorum sepositi, uelut tela atq; arma bellis reseruantur. Est in eodem obsequio & Mattiacorum gens. Protulit enim magnitudo populi Romani ultra Rhenum, ultraq; ueteres terminos

Neruij. in Dio. Nerui

Legendū
Neruij,
quos Tor
nacenses
putamus
esse.

Rhenus
*Colonia est in ista ripa
quia ab aliis gentibus
qui in Barbaria sunt
Agrippinenses. in colonia
ab Agrippina Augusta
Claudio Caesare Coimge*

Bataui. in Dio. Jollendae

Catti. in Dio. Gesser

*Sublimi q. reddi
bant. uerigalia
romanis*



DE MORIB. GERMANORVM.

terminos imperij reuerentiam. Ita sede finibusq;
in sua ripa, mente animoq; nobiscum agunt. Cæ-
tera similes Batauis, nisi quod ipso adhuc terra
sue solo & coelo acrius animantur. Non nume-
ramus inter Germaniæ populos, quanquam trans
Rhenum Danubiumq; confederint, eos, qui de-
cumates agros exercent. Leuissimus quisq; Gal-
lorum, & inopia audax, dubiæ possessionis solum
occupauere. Mox limite acto, promotisq; præsi-
dijs, sinus imperij & pars prouinciæ habentur.
Ultra hos Catti initium sedis ab Hercinio saltu
inchoant, nõ ita effusis ac palustrib. locis, ut cæ-
teræ ciuitates in quas Germania patescit, durant.
Siquidem colles paulatim rarefcunt, & Cattos
suos saltus Hercinius prosequitur simul, atq; de-
ponit, duriora genti corpora, stricti artus, mi-
nax uultus, & maior animi uigor. Multum (ut
inter Germanos) rationis ac solertiæ, præpone-
re electos, audire præpositos, nosse ordines, in-
telligere occasiones, differre impetus, disponere
diem, uallare noctem, fortunam inter dubia, uir-
tutem inter certa numerare : quodque rarissimū,
nec nisi ratione disciplinæ concessum, plus repo-
nere in Duce quam in exercitu. Omne robur in
pedite, quem super arma ferramentis quoq; &
D copijs

PVB. CORNELII TACITI

copijs coonerant, alios ad praelium ire uideas,
 Catos ad bellum, rari excursus & fortuita pugna.
 Equestrium sane uirtum id proprium, cito parare uictoriam, cito cedere. Velocitas iuxta formidinem, cunctatio propior constantia est. Et alijs Germanorum populis usurpatum, rara & priuata cuiusq; audentia apud Catos in consensum uertit, ut primū adoleuerint crinem barbamq; summittere, nec nisi hoste caeso exuere uotium obligatumq; uirtuti, oris habitum, super sanguinem & spolia reuelant frontes, seq; tum demum precia nascendi retulisse, dignosq; patria ac parentibus, ferunt. Ignauis et imbellibus manet squalor, fortissimus quisq; ferreum insuper annulum, ignominiosum id genti, uelut uinculum gestat, donec se cæde hostis absoluat. Plurimis Cattorum hic placet habitus. Iamq; canent insignes, & hostibus simul suisq; monstrati, omnium penes hos initia pagnarum, hæc prima semper acies uisu noua. Nam ne in pace quidem uultu mitiore mansuescunt. Nulli domus aut aliqua cura, prout ad quenq; uenere aluntur, prodigi alieni, contemptores sui, donec exanguis senes etus tam duræ uirtuti impares faciat. Proximè Cattis certum iam alueo Rhenum, quiq; terminus esse

*tombaro C. V. Pippi
 A. Ind. 16. ... Jan. Annon
 Jan. Annon
 P. Annon*

DE MORIB. GERMANORVM.

esse sufficiat vsipij ac Tencteri colunt. Tencteri
ri super solitum bellorum decus equestris discipli-
nae arte praecellunt. Nec maior apud Catos pe-
ditum laus, quam Tencteris equitum. Sic insti-
tuere maiores, posteri imitantur. Hi lusus in-
fantium, haec iuuenum ^{horum} amulatio: perseverant
senes. Inter familiam & penates & iura suc-
cessionum equi traduntur: excipit filius, non ut
cetera maximus natus, sed prout ferox bello &
melior. Iuxta Tencteros Bructeri olim occurre-
bant, nunc Chamauos & Angriuarios immis-
grasse narratur pulsis Bructeris, ac penitus ex-
cisis, vicinarum consensu nationum, seu superbia
seu praede dulcedine, seu fauore quodam erga nos
Deorum. Nam ne spectaculo quidem praelij inui-
dere, super. lx. millia non armis telisque Rhoma-
nis, sed, quod magnificentius est, oblectationi o-
culisq; ceciderunt. Maneat ^{epio} quae so, duretq; gens
tibus, si non amor nostri, at certe odiu sui, quan-
do urgentibus imperij fatis nihil iam prestare
fortuna maius potest, quam hostium discordiam.
Angriuarios & Chamauos a tergo Dulgibini &
Chassuarij cludunt, aliaeque gentes haud perinde
memorate. A fronte Frisy excipiunt. Maioribus
minoribusque Frisy vocabulum est, ex modo uis

Dij

uim &

PVB. CORNELII TACITI

Classis in eximio navigavit

Germanicus fuit illustrissimus princeps

*Chauci transiit ab oriente
partibus populis germanicis
ad septentrionem*

*Chauci in transiitibus
et finibus ab oriente*

rium: utraq; nationes usq; ad Oceanum Rheno
 pratexuntur, ambiuntq; immensos insuper lacus
 & Romanis classibus nauigatos. Ipsum quines
 tiam Oceanum illa tentauimus: et superesse ad
 huc Herculis columnas fama uulgauit, seu adijt
 Hercules, seu quicquid ubiq; magnificentum est, in
 claritatem eius referre consensimus. Nec defuit
 audentia Druso Germanico: sed obstetit Ocea-
 nus in se simul atq; in Herculem inquiri. Mox
 nemo tentauit: sanctiusq; ac reuerentius uisum
 de actis deorum credere, quam scire. Haclenus
 in Occidentem Germaniam nouimus. In septen-
 trionē ingenti flexu redit, ac primo statim Chau-
 corum gens, quanquam incipiat a Frisijs, ac par-
 tem littoris occupet, omniū quas exposui gentiū
 lateribus obtenditur, donec in Cattos usq; sinues-
 tur. Tam immensum terrarum spatium non te-
 nent tantum Chauci, sed & implent. Populus
 inter Germanos nobilissimus, quiq; magnitudinē
 suā malit iusticia tueri, sine cupiditate, sine impo-
 tentia, quieti secretiq; nulla prouocant bella, nul-
 lis raptibus aut latrocinijs populantur. Id prae-
 cipuum uirtutis, ac uirium praeipuum argumentum
 est, quod ut superiores agant, non per iniurias
 assequuntur. Prompta tamen omnibus arma, ac
 si res

DE MORIB. GERMANORVM.

Si res poscat, exercitus: plurimum uirorum ea
 quorumq; , & quiescentibus eadem fama. In
 latere Chaucorum Cattorumq; , Cherusci nimi-
 am ac marcentem diu pacem illacesiti nutrierūt :
 idq; iucundius quam tutius fuit, quia inter impo-
 tentes & ualidos falso quiescas, ubi manu agis-
 tur, modestia ac probitas nomina superioris sunt.
 Ita qui olim boni equiq; Cherusci, nunc inertes
 ac stulti uocantur. Cattis uictoribus fortuna in
 sapientiā cessit. Tacti ruina Cheruscorum, &
 Posti contermina gens, aduersarum rerū ex equo
 socij sunt, cum in secundis minores fuissent. Eun-
 dem Germaniæ sinum proximi Oceano Cymbri
 tenent, parua nunc ciuitas, sed gloria ingens, ues-
 terisq; fame lata uestigia manent, utraq; ripa
 castra ac spacia, quorum ambitu nunc quoq;
 metiaris molem, manusq; gentis & tam magni
 exitus fidem. Sexcentessimū & quadragesimū
 annum urbs nostra agebat, cum primū Cymbro-
 rum audita sunt arma, Cecilio Metello ac Papi-
 rio Carbone C O S S. ex quo si ad alterum impe-
 ratoris Traiani consulatum computemus, C C.
 ferme & x. anni colliguntur: tandiu Germa-
 nia uincitur. Medio tam longi cui spacio multa
 inuicem damna. Non Samnis, non Pœni, non

D iij . . . Hispania

*Cherusti . . . Dio . . .
 In . . .*

*Imperator . . . q . . .
 moderari . . .*

Cymbri . . .

*Digestio de rebus
 Cimbrorum*

eno
 cus
 nes
 ad
 die
 in
 fuit
 es
 nox
 sum
 nus
 en
 au
 ar
 itia
 ues
 te
 lus
 line
 po
 ul
 eci
 tum
 rias
 ac
 res

Angaris fudi rex parthorum

PVB. CORNELII TACITI

Hispania, Galliae ne Parthi quidem saepius ad-
monuere. Quippe regno Arsacis acrior est
Germanorum libertas. Quid enim aliud nobis
quam eadem Crassi, amisso & ipse Pacoro in-
fra ^{Bonifacii} Ventidium deiectus oriens obiecerit? Ad
^{in Germaniam} Germani, Carbone & Cassio et Scauro Aurelio
& Seruilio Cepione, M. quoque Manlio fuis uel
captis quinque simul consulares exercitus Po. Ro.
Varum tresque cum eo legiones etiam Caesaris
abstulerunt: nec impune, C. Marius in Italia,
diuus Iulius in Gallia, Drusus ac Nero & Ger-
manicus in suis eos sedibus perculerunt. Mox
ingentes C. Caesaris minae in ludibrium uerse.
Inde ocium, donec occasione discordiae nostrae &
ciuiliu armorum, expugnatis legionum hyber-
nis, etiam Gallias affectauerunt: ac rursus pulsi, in-
de proximis temporibus triumphati magis quam
uicti sunt. Nunc de Sueuis dicendum est, quorum
non una ut Cattorum, Teneterorumue gens: ma-
iorem enim ^{gradus in uia uel in} Germaniae partem obtinent, pro-
prijs adhuc nationibus nominibusque discreti, quan-
quam in commune Sueui uocentur. Insigne gens
his ^{partes moribus} obliquare crinem, nodoque substringere. Sic
Sueui a ceteris Germanis, sic Sueuorum ingenui
& seruis separantur. In alijs gentibus seu cognatione

Das winter legu

Sueui

DE MORIB. GERMANORVM.

tione aliqua Sueuorum, seu quod saepe accidit
 imitatione, rarum & intra iuuentæ spatium.
 Apud Sueuos usq; ad caniciem horrentem capil-
 lum retro secernunt, ac saepe in ipso solo uertice
 ligant. Principes & ornatiorem habent. Ea cu-
 ra formæ, sed innoxie. Neq; enim ut ament a-
 menturæ, in altitudinem quandam & terrorem
 adituri bella compti, ut hostium oculis ornantur.
 Vetustissimos se nobilissimosq; Sueuorum Seno-
 nes memorant. Fides antiquitatis religione fir-
 matur. Statuto tempore in siluam augurijs pa-
 trum, et prisca formidine sacram omnes eiusdem
 sanguinis populi legationibus coeunt: cæsoq;
 publice homine celebrant, Barbari ritus horræda
 primordia. Est & alia luco reuerentia. Nemo
 nisi uinculo ligatus ingreditur, ut minor, & po-
 testatem numinis præ se ferens, si forte prolapsus,
 attolli & insurgere haud licitum, per humum e-
 uoluuntur, eoq; omnis superstitio respicit, tan-
 quam inde initia gentis, ibi regnator omniū De-
 us, cætera subiecta atq; parentia. Adijcit auto-
 ritatem fortuna Senonū: Centum pagis habitan-
 tur: magnoq; corpore efficitur, ut se Sueuorum
 caput credant. Contra Longobardis paucitas
 nobilitasq; plurimis ac ualentissimis nationibus

D iij cinctis

A. Antro Com. Com.

Pl. 7

Primo gens Sueuorum

Senones &

in ad d. Antro

Centum pagis. i. Senones

Primo gens Sueuorum

in ad d. Antro

P V B. CORNELII TACITI

*India, Persia, Sina
colle, Moutan, Siam
Nomen hanc in locis
tam ab illis Angli*

*Pausanias
in Asia
Sicily
in Asia*

**Legendū
putamus
Herthum,
nam hodi-
eq; Ger-
mani ter-
ram herd,
quidam
absq; spi-
ritu erdt,
et ertrich
appellant.
Fuit autē
facilis li-
brarij la-
psus in H
O N.**

eiuncti non per obsequium, sed praelijs, & pericula-
tando tuti sunt. Rendigni deinde & Auiones,
& Angli, & Varini, & Eudoses, & Suardo-
nes, & Nuithones fluminibus aut syluis muniuntur,
nec quicquam notabile in singulis, nisi quod
in commune Nerthum, id est, terram matrem con-
lunt, eamq; interuenire rebus hominū, inuehi pos-
pulis arbitrantur. Est in insula Oceani castrū,
nemus, dicatumq; in ea uehiculum ueste contactū,
attingere uni sacerdoti cōcessum: Is adesse pene-
trali deam intelligit, uectamq; bobus foeminis
multa ueneratione prosequitur. Lati tunc dies,
festa loca quaecunq; aduentu, hospitioq; dignatur.
Non bella incunt, non arma sumunt, clausum ora-
mine ferrum, pax & quies tunc tantum nota.
Item tantum amata, donec idem Sacerdos satia-
tam conuersatione mortalium deam templo red-
dat, mox uehiculum & uestes: & si credere ue-
lis, numen ipsum secreto lacu abluitur. Serui
ministrant, quos statim idem lacus haurit. Ar-
canus hinc terror, sanctaq; ignorātia, quid sit il-
lud, quod tantū perituri uident. Et hæc quidem
pars in secretiora Germaniæ porrigitur. Propi-
or (ut quomodo paulo ante Rhenum, sic nunc
Danubium sequar) Hermundurorum ciuitas fida
Romanis

*Truytho a pop. sytho,
nomen ad Austriam
orientem
q. Gens Suenonum
Hermundurorum*

DE MORIB. GERMANORVM.

Romanis, eoq; solis Germanorum non in ripa cō-
mertium, sed penitus, atq; in splendidissima Rhe-
tia provincia Colonia passim et sine custode trā-
seunt, et cum ceteris gentib. arma modo castraq;
nostra ostendamus, his domos uillasq; patefecimus
nō concupiscentib. In Hermunduris Albis
oritur flumen inclytum & notum olim, nunc tan-
tum auditur. Iuxta Hermunduros Narisci, ac
deinde Marcomani & Quadi agunt, precipua
Marcomanorū gloria uiresq;, atque ipsa etiam
sedes pulsis olim Boijs uirtute parta, nec Narisci
Quadiue degenerant. Eaq; Germaniæ uelut
frons est, quatenus Danubio pergitur. Marco-
manis, Quadisue usq; ad nostram memoriam re-
ges manserunt ex gente ipsorum, nobile Marobo-
dii & Tudri genus, iam & externos patiuntur.
Sed uis & potentia regibus ex autoritate Ro-
mana, raro armis nostris, sæpius pecunia iuan-
tur: nec minus ualent retro Marsigni, Gothia-
ni, Osi, Buriq; terga Marcomanorum Quado-
rumq; claudunt: e quibus Marsigni & Buri
sermone cultuq; Sueuos referunt. Gothinos Gala-
lica, Oso Pannonica lingua coarguit, non esse
Germanos: & quod tributa patiuntur, partē tri-
butorum Sarmatæ, partem Quadi ut alienigenis
D p imponunt.

Sancti / et in nostris

ostendimus / Narisci & diu / for. eandem

Marcomani / Quadi

Marsigni / Buri

Gothini / Carpato mor



PVB. CORNELII TACITI

imponunt. Gothini quo magis pudeat & ferrum
effodiunt, omnesq; hi populi pauca campestrium:
ceterum saltus et uertices montium iugumq; in-
sederunt: dirimit enim scinditq; Sueuiam contin-
uum montium iugum, ultra quod plurimæ gen-
tes agunt: ex quibus latissime patet Lygiorum
nomen in plures ciuitates diffusum. Valentissi-
mas nominasse sufficiet, Arios, Heluecanos, Ma-
nimos, Elyfios, Naharualos. Apud Naharualos
antiquæ religionis lucus ostenditur: præsidet sa-
cerdos muliebri ornatu, sed deos interpretatione
Romana Castorem, Pollucemq; memorant. Eius
numinis nomen Alcis, nulla simulachra, nullum
peregrinæ superstitionis uestigium. Ut fratres
tamen ut iuuenes uenerantur. Ceterum Arii su-
per uires, quibus enumeratos paulo ante populos
antecedunt, truces insita feritati arte ac tempo-
re lenocinantur, nigra scuta, tincta corpora, a-
tras ad prælia noctes legunt, ipsaq; formidine
atq; umbra feralis exercitus terrorem inferunt,
nullo hostium sustinente nouum ac uelut inferni
aspectum. Nam primi in omnibus prælijs oculi
uincuntur. Trans Lygios Gothones regnant
paulo iam addictius, quam ceteræ Germanorum
gentes: nondum tamen supra libertatem. Proti-
nus deinde

1883

Arij

Timolou Ein furbou

10 Gothones pl.
lib. 37 sum.
m. 124 homibz m.
bun.

PVB. CORNELII TACITI

littore Efluatorum gentes alluuntur, quibus ritus, habitusq; Sueuorum, lingua Britannicæ propior. Matrem deam uenerantur. Insigne superstitionis, formas aprorum gestant. Id pro armis omniumq; tutela, securum deæ cultorem etiam inter hostes præstat. Rarus ferri, frequens fustiûs usus. Frumenta cæterosq; fructus patientius quam pro solita Germanorum inertia laborant. Sed & mare scrutantur: ac soli omnium succinû quod ipsi Glesum uocant: inter uada atq; in ipsa littore legunt, nec quæ natura queue ratio gignit, ut barbaris quesitum compertumue diuisum, quod quinetiam inter cætera ciectamenta maris iacebat: donec luxuria nostra dedit nomen, ipsis ineri pellus nullo usu, rude legitur, informe perfertur, præceat, diciq; mirantes accipiunt. Succum tamen arborum esse intelligas: quia terrena quædam atq; etiam uolucra animalia plerumq; interlucent, quæ implicata, humore mox durecente materia cluduntur. Fœcundiora igitur nemora lucosq; sicut orientis secretis, ubi thura balsamaq; sudantur: ita occidentis insulis terrisq; inesse crediderim, quæ uicini solis radijs expressa atq; liquantia in proximum mare labuntur, ac ui tempestatum in aduersa littora exundant. Si naturam succinû

*Elbertum Sine alio
sine aude ille*

*Ad hodi
Germani
Agstein*

*Ad hodi
Germani
Agstein*

Ad hodi
Germani
Agstein
appellant,
olim glesum,
sum, quod
instar ui-
tri pellus
ceat, di-
ctum, Ger-
mani .n.
nitrum,
Glas ap-
pellant.

quam pro solita Germanorum inertia laborant.
Sed & mare scrutantur: ac soli omnium succinû
quod ipsi Glesum uocant: inter uada atq; in ipsa
littore legunt, nec quæ natura queue ratio gi-
gnit, ut barbaris quesitum compertumue diu-
sum, quod quinetiam inter cætera ciectamenta maris iace-
bat: donec luxuria nostra dedit nomen, ipsis in-
eri pellus nullo usu, rude legitur, informe perfertur, præ-
ceat, diciq; mirantes accipiunt. Succum tamen ar-
borum esse intelligas: quia terrena quædam atq;
etiam uolucra animalia plerumq; interlucent,
quæ implicata, humore mox durecente materia
cluduntur. Fœcundiora igitur nemora lucosq;
sicut orientis secretis, ubi thura balsamaq; sudan-
tur: ita occidentis insulis terrisq; inesse credide-
rim, quæ uicini solis radijs expressa atq; liquan-
tia in proximum mare labuntur, ac ui tempesta-
tum in aduersa littora exundant. Si naturam
succinû

DE MORIB. GERMANORVM.

succini admoto igne tentes, in modum tede ac
cenditur, alitq; flammam pinguem & olentem:
mox ut in picem resinamq; lentescit. Suionibus
Sitonum gentes continuantur. Cetera similes
uno differunt, quod foemina dominatur: in tantu
non modo a libertate, sed etiam a seruitute dege-
nerant: hic Sueviae finis. Peucenorum Veneto-
rumq; & Fennorum nationes Germanis, an
Sarmatis ascribam dubito, quanquam Peucini,
quos quidam Bastarnas uocant, sermone, cultu,
fede, ac domicilijs, ut Germani agunt, sordes o-
mnium ac torpor, procerum connubijs mixtis,
nonnihil in Sarmatarum habitum foedantur. Ve-
neti multum ex moribus traxerunt. Nam quic-
quid inter Peucinos Fennosq; syluaru ac montiu
erigitur latrocinijs pererrant, hi tamen inter
Germanos potius referuntur: quia & domos fin-
gunt, & scuta gestant, & peditum usu ac per-
nicitate gaudent: quae omnia diuersa Sarmatis
sunt, in plastro equoq; uiuentibus. Fennis mira
feritas, foeda paupertas, no arma, no equi, non
penates, uictui herba, uestitui pelles, cubile humi.
Sole in sagittis spes, quas inopia ferri ossib. aspe-
rant. Idemq; uenatus uiros pariter & foeminas
alit. Passim n. comitatur, partemq; perdere pe-
tunt.

Widius. Sion

Luftina u. Sion
15. Sitones

18. Ostionum sion
genus germanorum
Latini. dicitur bala.
1800

Est prope uirum
prope corpus habet

Venetii sunt Latio
menses.

Vnde dicitur Hanna
xephili. Fenni
paris hinc uenit

inertant



PVB. CORNELII TACITI

^{22 feris} ^{caecitate imperitatis}
tunt. Nec aliud infantibus ferarum hymbriumq;
suffugium, quam ut in aliquo ramorū nexu cōte-
gantur, huc redeunt iuuenes, hoc senum recepta-
culum. Sed beatius arbitrantur, quam ingeme-
re agris, illaborare domibus, suas alienasq; for-
tunas spe metuq; uersare, securi aduersus homi-
nes, securi aduersus Deos. Rem difficillimam
affecuti sunt, in illis ne uoto quidem opus
esset. Cetera iam fabulosa, Hellusios
& Oxionas ora hominum uultusq;
& corpora atq; artus ferarū
gerere, quod ego ut incom-
pertum in medium
relinquam.

Illustre

Adolescens et natus in nobilibus

ILLVSTRI ET GENEROSO
ADOLESCENTI, IOACHIA-
MO SCHLIK COMITI IN
BASSAN. S. D.

DIVINITVS omnium hominum pe-
ctoribus mirificus quidam patriæ amor
insitus est, credo, ut extimularemur ad defensi-
onem illarũ maximarum rerum, quas patria cõ-
tinet, relligionis, legum, disciplinae, imo uero ut
admoneremur etiam illam cœlestem sedem, unde
animorum origo est, amandam & appetendam
esse. Nemo igitur tam ferreo est animo, quem
non cupiditas aliqua teneat, cognoscendi anti-
quitatem patriæ, & quasi picturam ueterem,
sicut uidere iuuat illa tecta, quæ nascentes pri-
mum exceperunt. Recudimus igitur hos libellos,
ut nostris adolescentibus, ueteris Germaniæ ima-
ginem aliquam proponeremus, ad quam contem-
plandam, si eos, ut spero, patriæ amor accendat,
proderit hic libellus et moribus eorum & studijs.
Nam & uerba altius insidunt in animos, cõmen-
data rerum dulcedine, & honesta exempla ma-
iorum, qualia hic quædam recensentur, acerri-
mos addunt stimulos generosis naturis. Etsi enim
aliqua fortassis fatali causa, nature nostrorum
hominum

hominum aliqua ex parte degenerarunt, & disciplina non laxata tantum, sed pene omnino dissoluta est, tamen bona ingenia exuscitanda sunt & ad uirtutem & maiorum exempla reuocanda. Fuit hæc natio seruitutis impatiens, inimica crudelitati, libidinibus, tyrannidi. Quo magis nunc pudeat, si nõ annitemur depellere omni ope Turcos & alias barbaras nationes, quæ delere nomen Christi, & piam doctrinam, & exprobrare suam seuciam, & libidines in Germania conantur. An non sunt hæc satis magnæ causæ, cur fortes uiri arma induant? An maiores nostros in tanto publico discrimine cessaturos fuisse putamus? Sed non solum armorum & militiæ decus mirentur adolescentes, cum ista legent, Magna laus & illa fuit maiorum nostrorum, & pene peculiaris huic nationi, quod rarissima fuerunt adulteria, quod mores iuuentutis castissimi fuerunt, qua in re utinam maiori cura ac diligentia, illam ueterem disciplinam imitemur. Excerptant igitur sibi adolescentes honesta exempla & secum cogitent, ista legentes, se tanquam uoce parentum suorum admoneri, & ad colendam uirtutem inuitari. Etiam si illam heroicam uim animorum infirmitas huius ætatis non refert, autoritate tamen & monitis maiorū moueamur, & ad recte faciendum excitemur, quib.

DEUS

Deus obtemperare nos iussit. Multum enim etiam in mediocribus ingenijs ad uirtutem flectendis proficiunt institutio, diligentia, disciplina. Porro ut facilius posset intelligi hic libellus, ueteres appellationes regionum quarundam & Germaniæ partium interpretatus sum, etsi ubiq; prorsus accommodari presentibus appellationibus uetera uocabula non possunt. Erant enim alij quondam limites multarum gentium, Cattos, esse Hessos in confesso est, & Cassellam a Cattis nominatam esse apparet, et tacitus inquit Adernam Cattorum flumen esse, quod per labi Hessiam constat, sed qui fuerint limites extremi Cattorum non satis certum est. Historiæ uetustiores Sueuis tribuunt sedes in Marchia & Pomerania, deinde e ductis amplissimam regionem inter Albi & Rhenum tradunt. Posterior ætas procul eos ad Danubium traduxit. Nec Bohemiam una gens tenuit. Hermunduri partem Bohemiæ, & totam ferre Mysiæ, quæ nunc ita uocatur tenuerunt. Marcomannis etiam Bohemiæ pars paruit, sed exempla postea indicabit catalogus. iam uero præmonendos esse adolescentes duxi, ut probabili interpretatione contenti sint, cum uidelicet appellatio magna ex parte regioni conuenit. Et siquid desideratur

E

tur

tur id condonent instabilitati rerum humanarum. Adfert enim hæc lectio hanc etiam utilitatem, ut in considerandis tam uarijs gentium atq; imperiorum mutationibus admoneamur de infirmitate humani generis, quæ nusquam illustrius conspici potest, quam in imperiorum uicibus, & gentium excidijs. Plurimæ gentes toto orbe terrarum radicitus deletæ sunt, ceteræ fere omnes pulsæ ueteribus sedibus exulant, & quod multo est tristius, familie heroicæ & dignæ immortalitate quam miserabiliter aliæ post alias extinctæ sunt. Feramus igitur æquo animo singuli, fortune uices, & quasi comuni legi humanæ infirmitatis obtemperemus, quicumq; casus subeundi erunt culpa carentibus, ac toto animo totaq; mente in immortalitatem intueamur, ubi uelut in portu tranquilla pijs sedes et perpetua quies proposita est, illa est uere patria existimanda, ad illam acerrimis contentionibus inter ærumnas uitæ mortalis eluctandum esse sciamus. Et tamen interea, uelut in militia, suæ cuiq; statio, donec deus nos ex hac uita euocat, tuenda & omni cura propugnanda est, iuuandi ceteri, prospiciendum posteritati, quantum a nobis fieri potest. Vberrimum capiemus ex hac
lectione

lectione fructum, si hoc modo ueteris Germani
e robur & uirtutem deinde etiam ruinas, &
uarias mutationes contemplantes, cogitabi-
mus, in tanta infirmitate rerum huma-
narum, fortunæ uices æquo animo tolerandas
esse, & cœlestem patriam expetendam, & ta-
men interea suam cuiq; spartam ornandam
esse. Hac de utilitate huius lectionis presar
uolui, etsi uoluptas satis inuitat, ut ad pi

cturas urbium & regionum pa-

triæ, ita ad historias maiorum

cognoscendas. Cum enim

nihil dulcius sit pa-

tria, ut Home

rus inquit, ual-

de inuat

antiquitatem & monu-

menta uetera patriæ cogno-

scere.

E ij

VOCABVLA REGIO

num & gentium quæ recensentur, in hoc libello Taciti.

RHETIA, longus tractus est ab Alpibus inter Rhenum, Danubium & Lycum, uon Etschland bis gen Norlingen, ubi hesit appellatio in extrema ora, quæ uocatur das Ries. Etsi autem Rhetos germanicam gentem fuisse non dubium est, tamen Romani discernebant eos a Germania, quia Rhetia erat peculiaris prouincia Romani imperij occupata sub Augusto, cum uicina Germania nunquam perdomita sit.

Pannonia, pars Austriæ inferior, & bona pars Hungariæ, olim pæonia dicta, estq; nomen uetustæ nobilitatis indicium. Nam & apud Homerum sunt Pæones, orti ab Herculis filio Pæone, qui a triumphis nomen habuit. Nam pæan significabat triumphale carmen. Hæc natio etiam his recentioribus temporibus uirtute merita est decus ueteris appellationis, quæ una uelut in statione fuit pro reliqua Europa, aduersus Turcos, quos sepe fortissime represserunt

represserunt ac profligarunt Hungari.

Sarmatia, nunc Polonia est.

Daci, VValachi, & haud dubie vicini
Transsylvani in Hungaria, qui uocantur Si-
benburger germanica lingua utentes. Existi-
mantur enim eo a Carolo deducti coloni, sed
ego arbitror ueteres reliquias esse gotthicae
gentis, quae se in Daciam & Pannonias infusa
derat.

Danubius in sylua Martiana, quam uo-
cant Suartzuuald in Sueuia, ut nunc appella-
tur, exiguo fonte oritur. Abnobam uocat
locum fontes, quod nomen uidetur esse factum
ab eo, quod germani cin Auu dicunt, hoc est,
uallem cultam inter montes aut saltus. Ab der
auu, in ueteribus codicibus scribitur Arnobae,
quod magis probo, & iudico factum a Bara-
nouu. Nam ille locus saltus uocatur in der
Bar. Herodotus ait Istrum oriri ex pyre-
ne urbe, Eius nominis uestigium si quis putat
esse uocabulum Bar, fruatur sane hac opinio-
ne. Reuerentia & caritas locorum auge-
ri uidetur, cum ueterum praedicatione celebra-
tur. Ideo me quoque delectant haec coniecturae,
in quibus ueterum autoritas ad ornandam pa-

E in triana

am non infulse citatur.

Tuisco . Exhibendæ sunt fabulæ apud Berosum de ortu Tuisconis & aliorum. Illud ad modum credibile est, Gomer filium Iaphet, fuisse autorem gentis Cimmericæ, quæ est cimbrica quæ bonam partem lateris septentrionalis compleuit . Et ab hoc ortos esse Germanos opinor. Fuit ei filius Ascans , ad hunc referunt Iudei nostram originem, sec uti affinitatem nominis. Nam prima syllaba articulum continet, Tuiscones , dic Ascans . Reliquas etymologias omitto, ceterum recte diuinat Rhenanus, Ingeuones dictos a V Vonen. Germanos dictos arbitror ab her man, id est, a militibus, quod Romani sic audiebant appellari milites, Nec ualde repugnabo si quis prorsus latinam uocem esse contendet, qua Romani nos appellauerint, etiam si nobis ignotum esset hoc uocabulum . Illud optarim mores nostros cum honestissima appellatione conuenire , nosq; uere germanitatem , sinceritatem, & concordiam tueri.

Marsi . In germanicis historijs haud dubie hæc appellatio germanica est, non nihil inflexa
ad

ad latinam terminationem a Romanis . Estq;
a Marca , quod significat limitem . Et passim
populos in limitibus uocabant Mercker seu
Marchicos, ut hodie multe sunt in Germania
Marchie . Scribitur & in Harminij historia,
paruisse ei Marsos, quos fuisse arbitror uici-
nos ducat Bergensis

Gambriuij a Gomer, ijdem qui Cimbri, Da-
ni , & Holsatienses .

Sucui , cognatarum gentium appellatio-
nes fuerunt, Suiones, Sucui, Suedi fortassis ab
uno aliquo generis autore sic nominati Adfin-
gere autem etymologiam, sine aliqua probabili
coniectura , non satis uerecundi ingenij
est .

Vandalos recensent inter Germanos Plin-
nius & Cornelius, ideoq; sunt, qui contendunt,
Vandalos nequaquam esse Sclauos, seu, ut uo-
cant, Vuenden . Et Procopius ait, Vandalos esse
gotthicam gentem . Gotthos autem usos esse
lingua germanica & oriundos fuisse a Germa-

E iij nis

nis, plurimis persuasum est. Equidem suum
cuiq; iudicium permitto, sed tamen Ptolemei
descriptione moueor & ipsa appellationis ue
rustate, ut Vandalos gentem Sarmaticam esse
existimem, quos uocamus Vuenden. Nec mirum
est etiam antiquissimis temporibus Sarmatas,
qui saepe mutare sedes solebant, in uiciniam
effusos, Germanis admixtos esse. Sunt autem ua
ria illius unius gentis appellationes, quarum
aliquae sono non multum discrepant, Venedi,
Fenni, Vandali. alibi Sclauu uocantur. Vniuers
sam hanc gentem ab Henetis ortam esse iudico,
quos Herodotus affirmat ex Asia egressos in
Illyrico consedisse. Ab his Henetis & ora Ita
liae Venetia dicta est. Egressi autem uel ex
Illyrico uel ex ipsa Asia compleuerunt uicina
loca ad septentrionem, ubi nunc sunt Poloni.
Quare adhuc aliquid humanitatis Asiaticae
referunt, & plurimum differunt figura cor
porum, ingenijs, moribus, uictu a uicinis Scy
this, cum quibus perpetua bella gerunt. Nequa
quam igitur illis assentior, qui affirmant seu
Polonos, seu Vandalos, seu Venedos, seu Sclau
uos, scythicam gentem esse sed ab Henetis pro
pagati, regnarunt & in Illyrico & in Sarmat
tia

tia, & res pub magno consilio constituerunt.
Magna eorum in re militari industria, magna
uirtus est, nec deest eis scientia domi regendæ
reipub. in Imperijs iusticia & æquitas, amor
relligionis & pudiciciæ, in pactis fides, ingenia
habent sane græcum quiddã referentia, eo quod
in Asia vicini Ionum, in Illyrico græcorum fue-
runt, disciplinarum capacia & in primis ar-
guta. Colunt studia literarum etiam nobiles
earumq; cognitionem in laudæ ponunt & mag-
no sibi usui esse in re pub. ducunt. Quid cogi-
tari dissimilius nature Scythicæ aut Tartari-
cæ potest. quam hæc sunt quæ recensui
Credamus igitur his argumentis quæ testantur
vencos ab Henetis ortos esse. Et admodũ pro-
babiles coniecturæ sumuntur a nominibus &
linguis. Hic & nomen & lingua congruunt
cum illius gentis in illyrico appellatione &
lingua. Quare eadem origo est. Dicuntur au-
tem Heneti Antenore duce ex Asia educti esse.

Tungri sepe celebrantur in historijs, nec
dubium est quin tenuerint tractum in Belgico,
in Leodiensi diocesi, ubi hodie reliquum est oppi-
dum eius nominis, Tungern.

E P Afcibur

Asciburgium alij intelligunt esse Embria
eam in ducatu Cleuensi in ripa Rheni . Alij Do
esburg in Geldria ab δ uos ϵ uq; paucis mutatis
literis . Nam π ν ρ γ $\text{\textcircled{C}}$ altera pars uocis, quæ
crebro usurpatur a Germanis, haud dubie græ
cam habet originem, significat enim turrim, sic
olim uocabant arces, seu propugnacula.

Noricum, Bauaria inferior Diocæsis Sal
sburgensis, $\text{\textcircled{C}}$ pars Austriæ $\text{\textcircled{C}}$ Sciriæ.

Hercynia sylua apud Cornelium non dis
cernitur a Martiana, cum post Cornelij tem
pora discernantur. Et Hercynia uocatur hæc,
quæ latus Turingiæ $\text{\textcircled{C}}$ Saxonie claudit, inde
usq; a Boemicis porrecta montibus, $\text{\textcircled{C}}$ alibi uo
catur saltus Turingicus, in Saxonia uero der
Hartz, a piccis arboribus.

Sed in Sueuis Sylua quæ nunc appella
tur, Suartzuuald, a Romanis dicta est, Martiana
sylua, arbitror hæc ipsa uocabula etiam a pice
ducta esse, sed nonnihil deprauata peregrina
pronunciatione.

De Boijs $\text{\textcircled{C}}$ Heluctijs breuiter $\text{\textcircled{C}}$ subob
scure

scire loquitur Tacitus, sed illud constat Helu-
tios ad Rheni ripas progressos esse, non ad Me-
num. Hinc uero Boios descendisse ab Alpibus
in loca plana et cultiora uicina Meni fontibus.
Tenuerunt autem Boij Alpes uicinas Mediolan-
no usq; ad Rhetos, hoc est, usq; ad Athesim.
Sæpe domiti & repressi a Romanis, tandem
a Iulio Cæsare pulsiqueæsiuerunt sedes in Ger-
mania, & nomen dederunt Boemie, ac, ut est
consentaneum, etiam Bauariæ. Extat igitur ap-
pellatio Boemie apud Tacitum, & apud Pa-
terculum.

Auarisci uicini Hungariæ fuerunt circa
Cremniciam aut paulo inferius.
Osi in Morauia fuerunt.

Treuiri populi, quorum metropolis fuit
urbs, quæ hodie retinet nomen, Trier, olim Au-
gusta Treuirorum uocabatur, celebrata ab Au-
sonio poeta, & multorum aliorum scriptis.

Neruij nunc Tornacenses sunt, uicini
Flandris.

Vangiones, Vuormacienses. quasi uoni
Geuu. Hæc enim appellatio etiamnum est eius ui-
cinie circa Oppenheim.

Nemetes,

Nemetes, spirenses. Existimo autem no-
men recens Spire græcum esse. Nam urbs spi-
ra a Constantio condita aut ornata est, qui quia
ibi erat cohors prætoria, ut in aula seu Regia,
nuncupavit urbem a cohorte $\sigma\pi\epsilon\gamma\alpha\pi$, honestis-
sima appellatione quasi eam urbem uellet specu-
lam quandam esse totius uiciniæ. Quæ nunc
quoq; sedes est iudicij imperatorij.

Triboci, hodie sunt Strasburgenses seu
Argentoratenses

Vbi, Colonienses.

Batavi, aliqua pars Geldriæ & Hollan-
di.

Mattiaci, uicini seu Geldrenses seu Cle-
uenses. Sicumbri Geldrensis sed horum
hic non fit mentio.

Decumates agri, uicini fuerunt limiti
Rhetiæ prouinciæ, ubi fuerunt populi a Ptole-
meo dicti, Charitini, hodie ducatus VVirte-
bergensis est, cuius duo latera uere ambiunt
Danubius & Rhenus.

Catti, Hæsi, ut & appellatio, & alia
multa perspicua testimonia indicant. Nam t ge-
minatum solet in S uerti, & aspirationem no-
stri homines agræstiores pronunciant sono græ-
cæ literæ χ . Fuit igitur uetus appellatio Hetten
fortassis

fortassis ita dicti, quasi patres. Qui limites
olim fuerint, nequaquam affirmari potest, Ad
occidentem consentaneum est limitem fuisse Cat
ten Elnbogen, id est, Cattorum Anconem. Dein
de complexa est partem Francie nostre ac Tu
ringie, sonat & nomen Oden Vuald quasi
Hatten Vuald. Sed ut finium regundorum iu
diciū fugiamus, Vicinas gentes fuisse dica
mus olim Vsiptos, deinde Cattos, sub utrisq; Ten
tereros. Vsiptij & Catti partim Franciam nos
tram & Hassiam tenuerunt. Tencteri deinde
ripam Rheni dextram usq; ad Coloniam Agrip
pinam aut Tungros, etsi has duas appellationes
cōfundi uideo, sicut etiā cognate sunt sono. Su
perio rem partem nostre Francie quam uocant
Montanam, usq; ad Noribergā, nō dubito Nari
scos esse, de quibus postea dicemus. Fuerunt Na
riscis uicini Hermunduri, id est Voitlandi &
Mysnenses. Hos inquit Tacitus cum Cattis di
micasse de fontibus Salis. Et credibile est de
illis ipsis Salinis certatum esse, que sunt uicine
Mysnie ad Salam, ubi nunc est urbs, quam uo
cant Halam Saxoniam. Porro ueterem mili
tia & uirtutis laudem adhuc Catti tuentur,
Hos nunc regit Landgrauus Philippus, instris
ctus omnibus uirtutibus bono Principe dignis,
pietate,

pietate, iusticia, fortitudine, prudentia, scientia,
rei militaris, cuius in hoc historico libello mentio-
nem facere non est alienum. Nam & ipsius ex-
empla, prosunt lectoribus ad excitandū virtutis
studium.

Cherusei, populi Hercinie & aliqua pars
Turingorum.

Brueteri deinceps sub Goslaria, ubi ho-
die est der Brokersberg bonam complexi par-
tem eius regionis, quæ nunc dicitur Saxonia,
circa Hildesheim & Brunsvigam. Claudianus.
Venit accola sylvæ Brueterus Hercinie.

Longobardi, Saxones supra Brueteros
circa medium Albis, ubi nunc sunt Madebur-
gum, Halberstat.

Lucones in utraq; Albis ripa ut inquit
Ptolemeus, tractus per Anhaltensem ditionem
ad Cheruscas, id est, ad Herciniam, seu comi-
tatum Stolbergensem.

Angriuarij, Engern in Vuestualia. Chas-
maui pars Vuestualorum.

Cauci sub Vuestualia tractus ad Bremam
et Frisios, continens ducatum Luneburgensem.

Dulgibini, pars Longobardorum, ut signi-
ficat Ptolemeus.

Cattuarij

Cattuarij, a Cattis dicti, pars Cattorum
aditus Vuestualie sub Cassella.

Frisij, nota est appellatio.

Cimbri, Holsten, Denmark

Nunc redeamus ad ripam septentriona-
lem Albis, a Marchia initium facientes.

Suevi magnam partem Marchie & po-
meranie tenuerunt. Et flumen Suevum inter-
pretantur Spream.

Senones pars Sueuorum, vicini Longobar-
dis. Ergo Senones tenuerunt sedes e regione
Madeburgi in Marchia, supra reliquos Sueuos,
vicinas Luconibus & Hermunduris.

Teutonum appellatio etiam hæsit proprie
in illo loco in diocesi Havelbergensi.

Burgundi vicini Teutonum & Senonum fu-
erunt circa Rostochium & Sund, non procul a
Rugis, qui Heruli in historijs etiam appellan-
tur.

Deinceps Pomeraniam & Prussiam tenu-
runt populi, quos hic nominat Tacitus, Rugij,
Auij

Auiones, Angli, Varini, & reliqui, quorum
discerni sedes multo minus possunt quam cete-
rum germanorum. Nam precipue hæ gentes
ab Albi ad utranq; Vistule ripam propter assi-
dua bella passim uagantes, subinde mutarunt
sedes. Et propemodum Arctoæ gentes omnes
has continuas migrationes propter bellandi stu-
dium & consuetudinem, ut ego arbitror, ama-
runt. Sic & Strabo de Germanis inter Al-
bim & Vistulam dicit κοινὸν δ' ἔστιν ἅπασιν
τοῖς ταύτην τὸ περὶ τὰς μεταναστάσεις
ἐυμαρῆς, διὰ τὴν λιτότητα τοῦ βίου, ἢ
διὰ τὸ μὴ γεωργεῖν, μηδὲ θυσιαρίζειν,
τροφὴ δὲ ἀπὸ τῶν θηρμαμάτων ἢ πλῆθει.
id est, commune est omnibus populis in ea regio-
ne, facile mutare sedes, quia non possident ma-
gnas opes, neq; exercent agriculturam, neq; ne-
gociantur, sed uictum habent ex re pecuaria.

Testantur autem historie bellicosiores na-
tiones cuius e finibus suis egressas esse. Suci
tempore Augusti iam magnam partē regionis
intra Albim et Rhenū occupatam tenuerunt, po-
stea cum imperium Romanum sub Valentinia-
no tertio dilaceraretur a Gothis, Vandalis,
Francis, ingens mutatio in Vniuersa Germania
facta

facta est. Franci & Burgundi transferunt in Gallias, Sueui confederunt in Rhetia, pars etiam am Gotthis adiuncta in Hispaniam profecta est. Rugij Duce Odoacro in Italiam uenerunt. Longobardi cum inuasissent Pannonias, inde euocati in Italiam contra Gotthos, potiti sunt magna parte Italiae quae ab illis hodie nomen retinet. Has tantas mutationes cum legimus, cumque multas nationes uel deletas, uel pulsas patrio solo audimus subeat animos nostros cogitatio de inconstantia rerum humanarum, & preparemus nos ad excipiendos omnes casus, ac fortunae iniurias ac meminerimus non certam, non tranquillam sedem ullis usquam esse, nisi pijs in illa aeterna & immortali uita, ad quam nos Christus uocat. Vbiq; terrarum omnibus seculis omnes gentes, omnia Imperia, imo priuatae familiae, uelut Euripi subinde nouis & calamitosissimis mutationibus dissipantur.

Hermunduri, populi in aditu Bohemiae, & ea regione quae nunc Mysna & Voithlandia dicitur. Nam Tacitus clare affirmat Albiu oriri in Hermunduris, Et ad Albiu fuisse sedem Hermundurorum inquit Strabo, qui uicinos attribuit Longobardos, de quibus supra
F dixi.

dixi. Velleius attribuit uicinos Senonas, sed
hi in ripa Albis septentrionali fuerunt. Ta-
citus scribit Cattos cum Hermunduris de Salis
fontibus dimicasse, Credibile est enim Cattos
cum aliquam partem Turingiæ tenerent, pro-
gressos, utilitatis magnitudine inuitatos esse, ut
armis occupare Salinas nobis uicinas conaren-
tur. Sed siue hoc loco, siue ad aliam Salæ flus-
minis partem pugnatum est, haud dubie Her-
munduri inter Albim et Salam & Sudetes mon-
tes sedem habuerunt. Hunc trigonum hodie
uocamus Mysnam, A Bohemicis montibus inter
Albim & Salam, usq; ad eorum confluentem.

Multa sunt huius regionis insignia orna-
menta, de quibus copiose dicere non est huius
nostri instituti, & cum sit hæc natio admodum
ferax bonorum ingeniorum, multos habet do-
ctrina & eloquentia excellentes uiros, qui pa-
triam magna cum laude illustrare possunt. Ar-
genti uenas olim celebrauit Albertus Magnus.
Sed hunc longe uicit Georgius Agricola Me-
dicus, qui recens eas descripsit luculento ope-
re, in quo plurimum est reconditæ eruditionis.
Et ad hanc adiunxit summam orationis uenu-
statem, Ego quod mei instituti est de recenti
appella

appellatione Mysna meas coniecturas recen-
sebo. Non dubium est bonam partem Mysnae
occupasse Henetos, hoc est, ut uulgo dicimus,
Venedos die V Venden, effusos ex vicinia, &
Hermunduris admixtos esse. Existimo autem
Mysos quia ultimam oram Germaniae ad Carpa-
thum attingebant, una cum ceteris Venedis uicinis
in haec loca peruenisse, cum Gotthi Pannonias
occuparent, & uicina loca Daciae ac Mysiae.
Erant enim praesertim in illis regionibus geticis
Sarmaticis & uicinis continua & turbulenta
tissima migrationes. Inde uelut ex equo Troi-
ano exercitus ingentes alibi in Pannonias &
Italiam, alibi in Germaniam effundebantur.
Nec Germani quiescebant, qui multo ante
Francico bello lacesiti a Romanis Imperato-
ribus, arma ceperant, & Gallias inuaserant.
Quare cum populi Rheno propiores alij in Gal-
lias transfirent, alij Rhetiam inuaderent, auxi-
lia eduxerunt ultimarum gentium ad Albin.
Ita harum sedes facile ab Henetis uicinis oc-
cupatae sunt.

Nec in illa fatali migratione incredibile
est, etiam aliquos Germaniae populos maiorum
sede armis expulsos esse. Ac fuerunt Mysis
prope Daciam uicini Tyregete, a quibus Tu-

F ij ringorum

ringorum nomen est. Quare simul in hac ora
Germaniae duas uicinas gentes Mysos & Ty-
vegetas consedisse arbitror.

Ornat autem Homerus Mysos honestissi-
mo elogio, cum uocat hominum iustissimos. Huius
tantae laudis possessionem non amisit poste-
ritas. Videmus enim ciuitates Mysorum nos-
stratum admodum bene moratas esse. Her-
munduris etiam tribuit iusticiam & humanita-
tem Tacitus, inquit Romanos non grauatim
permisisse, ut in media prouincia Rhetia sine
custodibus negociarentur. Itaque laudandi sunt
Mysi nostri, quod maiorum suorum discipli-
nam imitantur. Limites constitui non satis
certo possunt, sed cum Longobardi fuerint
uicini, consentaneum est nostram Mysiam fuisse
Hermundurorum fere totam. Sed ripa
Albis dextra, ubi sunt Viteberga, deinde W-
terbok fuit senonum.

Narisci a Voitlandia tractus usque ad Bom-
bergam, & Noribergam complectens Aegram
Neuuenmark, Ambergam, Coburgam. Et
uidetur appellatio reliqua esse a Nariscis, das
Norcauu, non procul a Noriberga. Fuisse Na-
riscos uicinos Marcomannis, id est, Bohemis
inducant

indicant multa testimonia scriptorum, qui con-
iungunt has gentes tanquam uicinas. Ptole-
meus ad montes Sudetes, id est, Bohemicos duas
as uicinas gentes collocat. Tyriohemos &
Variscos, sic enim ibi pro Nariscis scribitur.
Tyriohemorum autem appellatio ualde affinis
est uocabulo Turingorum, sed tunc Tyriohes-
mi erant tantum populi uicini Sale. Dicitur Ies-
rensis, Salsfeld, Iena, Naumburg.

Marcomanni haud dubie tenebant mas-
gnam Boiemiae partem, ut hoc loco Tacitus
ostendit, & alicubi Velleius nominat Boiemum
& testatur sedem Marcomanorum fuisse. Si-
cut & Strabo inquit, ἐν οἷς ἐστὶ καὶ τὸ Βοιέ-
μον τὸ τοῦ μαροβούδου βασιλείου, εἰς
ὃν ἐκείνῳ τὸ πορ ἄλλους τε μετανέσκησε
πλείους, καὶ δὴ καὶ τοὺς ὁμοεθνῆς ἑαυτῶ
μαροκόμων. id est, In quibus est & Boie-
mum, Marobodui regia, in quam regionem
transtulit & alias gentes & Marcomanos
apud quos natus erat. Non igitur una tantum
gens Boiemiam tenuit. Sed reliquiae Boiorum
aliquam partem incoluerunt, ad occasum in
aditu fuerunt Hermunduri. Sed Marcomani
sedes habuerunt in ea parte quae spectat ortum,

F ij uersus



uersus Morauiam & Austriam. Enituit autem
uirtus Marcomanorum in multis asperrimis
bellis, in quibus patriam aduersus Romanos
fortissime defenderunt. Nunc alia natio uide-
licet pars Henetorum incolit Boiemiam. Dixi
autem supra Henetos non esse annumerandos
feris & Scythicis gentibus. Nam origo est Asi-
atica ubi inter humaniores gentes nati, cum
essent uicini Ionum referunt eorum humanita-
tem. Itaque Heneti qui nunc tenent Boiemiam
non cedunt uirtute ueteribus colonis.

Fit hic mentio Marobodui de quo scribunt
alibi copiosius Tacitus & Velleius. Est autem
& ipse inter exempla recensendus, quæ nos de
fragilitate & inconstantia fortunæ admonent.
Nam cum sæpe Romanos exercitus fudisset, &
cum magna gloria patriam defendisset, tan-
dem discordijs domesticis regno suo expulsus,
profugit ad Romanos, & Rauennæ, postquã
ibi exul ac uelut captiuus annos duo de uiginti
degisset, inglorius extinctus est. Ita fortuna
exercet Tyrannidem suam etiam in summos
uiros, ut Miltiadis, Themistoclis, Alcibiadis,
Pompeij & aliorum innumerabilium exitus
ostendunt. Quare memores tante inconstan-
tiæ res

tie rerum humanarum, præparemus animos
ad omnes casus excipendos, nosq; doctrina, &
pietate instruamus, ad ferendas & mitigandas
fortunæ uices.

Quadi tenuerūt Morauiam & aliquam
Slesie partem. Nam quod postea occupasse
Austriam scribuntur, id accidit diu post Taciti
ætatem. Sed patria & antiqua sedes Qua-
dorum fuit in Morauia & aliqua Slesie pars
te.

Buri extremi Slesiorum uersus Vistulam,

Osi uicini Morauis aut paulo inferius in
ripa Danubij.

Gotthini, Gotones, partes sunt Gotthi-
cæ gentis, quæ late compleuit litus Balthici
maris & utramq; ripam Vistulæ. Hic
enim obseruent lectores olim Germaniæ fi-
nes longe alios fuisse, quam qui modo consti-
tuuntur. Non annumerabantur Germanis
Brabanti & Flandri. Belgicum totum ad
Galliam pertinebat. Sed ad orientem multo
longius erant prolati, fines Germaniæ quam
modo. Completebatur enim latus Carpathi-
montis & utranq; Vistulæ ripam. Est autem
Carpathus mons, qui nunc Poloniam & Hun-

gariam dirimit. Hunc olim uocabant Sucuum
montem. Collocat autem multas gentes ad
Carpathum, & in utraq; ripa Vistulae, uideli-
cet quandam Sucuorum partem, & Lygios,
Deinde Gotthicas gentes. Harum sedes non
satis discerni posse arbitror, propterea quod
passim uagabantur, illud tantum meminere
studiosi, circumfusas fuisse Gotthicas gentes
Vistulae & incoluisse utramq; Vistulae ripam,
que nunc habet Poloniae nomen. Inde pro-
gressa uersus orientem accesserunt propius
Thraciam, ubi Getae uocantur. Nec enim du-
bium est, Getas esse Gotthos, seu a Gotthis ori-
undos. Audio in Chersoneso Taurica hoc no-
stro tempore restare Gotthorum reliquias, qui
se Gotthos appellant, & loquantur Germanica
lingua. Itaq; cum Getae seu Gotthi Thracum
uicini essent, non mirum est Graecis notos fu-
isse. Herodotus & Thucydides testantur eo-
rum sedes inter Istrum & Thraciam fuisse.
Quare Strabo Alexandrum etiam uenisse in
Geticam regionem scribit. Proximi Getis uer-
sus Hungariam fuere Daci, qui nunc Val-
lachi dicuntur. Fuerunt supra Euxinum Pon-
tum uicini Getis & Cimmerij. Ut autem olim
in illa ora septentriõis ille tres gentes habita-
runt.

runt, ita existimo uagatas esse toto Balthico
littore, & earum reliquias etiamnum esse eas
gentes, quæ tenent Cimbricam Chersonesum,
uidelicet, Cimbrōs, Danos, Gotthos. Et assen-
tior Conrado Celti, qui Gedanum, quod nunc
uocant Dantiscum, inquit à Getis seu Gothis
dictum esse & Codanum sinum, quasi Gothi-
num à Gothis. Nam & Græci à Getis, gentile
nomen fecerunt γερμανοί. Celtis sic ait.

Sed quondam Gedanum, Gothorum à no-
mine dictum.

Hincq; Sinus Codanus nomina cla-
rus habet.

Hæc libenter recensui, & quia alia
quid lucis afferunt Tacito, & ut gentium
illarum Cimbricæ et Gotthicæ antiquitas à stu-
diosis consideretur, presertim cum Gotthica
gens non solum fortitudine excelluerit, sed
etiam moderatione & ciuilibus uirtutibus. Et
utile est illas stupendas gentium errationes ac
dispersiones diligenter considerare. In his. n.
uel maxime conspicitur, quam sint res humanæ
instabiles ac fugaces.

Lygij uicini Quadis, non procul à Pana-
nonijs abfuerunt. Nam Tacitus ait, Prefecto
Pannoniæ mandatū esse, ut contraheret exer-

F p citus

citius ad arcendos Lygios. Sonus appellationis
alludit ad Slesie nomen, etsi hic Tacitus etiam
Elysios nominat. Sed arbitror cognata uoca-
bula esse, & ab hac gente Slesios ortos esse,
quorum sedes aliqua ex parte sunt in ueterum
Lygiorum regione. Reliquæ appellationes cū
ipsis gentibus extinctæ sunt. Arii, Helucones
etc. Naharuali dicti uidentur quasi Nort-
uallen, hoc est, qui migrarint ad septentrio-
nem.

Lemouij, Pruteni, qui progressi uidentur
nomen dedisse Liuoniæ.

Efflui, Liuonij.

Suiones sunt quos nunc Succos seu Suedos
appellamus. Apparet autem ex descriptionib.
in hoc libello & cognatas gentes & affinia
uocabula fuisse Suionum, Sucuorum, & Sitos-
num. Ac mare Sueuicum hoc loco uocat uici-
num Succie, Et opinor Sucuos ex ultimis oris
Pomeraniæ deduxisse colonias in Sueciam.
Mira enim fuit cupiditas ueteribus occupandi
Insulas, credo ut quærent tanquam secessus,
loca tranquilliora.

Postremo Tacitus miscet ultimos Ger-
manos uicinis Sarmatis, ultra Liuoniam &
Lituaniam

Lituaniam. Nam hæ fuerunt extremae
regiones Germaniæ. Deinde cinxerunt Ger-
maniam Sarmatæ. Annumerant autem scri-
ptores Henetos Sarmatis, quos tamen di-
scerni oportuit. Nam Heneti gens Asiatica,
origine, lingua, moribus & uitæ institutis lon-
gissime differunt a Sarmatis, id est, a Tartar-
is. Ergo Germanos Heneti proximi cinxe-
runt, hoc est, Moscouij & Rutheni. Ultra hos
deinde sunt Tartari. Et quanquam nunc He-
neti utramq; Vistulæ ripam tenent, dederuntq;
illi regioni nomen Poloniæ, tamen olim ea loca
ad Germaniam pertinebant. Postea pulsus
Germanis Heneti, soli illis potiti sunt. Sed pas-
sim in ultimis finibus, Germanis fuisse admixtos
Henetos apparet ex appellationibus. Hic no-
minantur Venedi, & Fenni, quos arbitror ab
eadem gente scilicet, Heneta ortos fuisse, eti-
amsi linguam mutarunt, ut hic significat Tas-
citus. Inde & Venedicus sinus dicitur mare
Liuoniense. Nam hi Venedi haud dubie Li-
uonienses sunt, Et fortasse ab his nomen est ho-
die regioni Finland in Cimbrica Chersoneso.
Ptolemeus enim pro Fennis dicit Finnos.

Peucinatorum appellatio indicat miras
fuisse

fuisse errationes gentium in illa ora septentri-
onali. Non enim dubium est πενικηρ esse insu-
lam Istri, paululum supra Byzantium in Tri-
ballis, hoc est, in Rascia, unde nunc dicuntur
die Retzen, Eamq; insulam tenuisse Getas, in-
quit Strabo, & Syrmum regem Getarum ait
se eo recepisse, gerentem bellum cum Alexan-
dro. Vbi cum ab insula arceretur Alexander,
donis Getarum acceptis, pacem cum eis fecit.
Errantes igitur seu Gotthi seu alij, qui ex hac
Peuce oriundi fuerunt nomen Peucinis etiam
alibi dederunt. Tacitus admiscet Peucinos
Bastarnis, Tenuerunt igitur Fenni, Peucini,
Bastarne, Lituaniam. Est autem consentane-
um insulam πενικηρ a piceis arboribus sic
adpellatam esse, a vicinis apud quos
passim Græcæ linguæ usus fuit.

Hec breuiter collegi adole-
scentulorum causa, ut
eos ad antiquitatis et
historiarum stu-
dium inuitem,
quod &
moribus utile est
& erudiõem alit. Alias
autem quedam hic annotata, di-
stinctius explicabo.

Ad

AD IOANNEM LUTHE-
RUM.

ἦδ' ὕμῃς πατρίδ' ὅ γινῶναι ἀρετᾶς ὅ ἀγῶνας
ἢ ταχὺ ἐφορμήσῃ πρὸς καλὰ τοῦτο φρένας,
ταύτ' οὖν γεγμάνων, ὧ πᾶσι μεγαλήτορ
(ἀνδρῶς

σπενδὲ ἀρηιφίλων ἔργα παλαιὰ μαθεῖν.
ποῖον ὁ ἀρμίνιος ποτ' ἀμυνάμενος περὶ πατρῶς
δουλοσυννης ῥήξας ἐχθρὸν ἀφῆλε ζυγοῦ.
τοιοῦτοι δ' ἀγαθοῖς μόχθοι ἀνδρῶσι πρέπουσι
τοῖς πατρίδ' ὅ νομίμοις, χερσὶν ἀρηγέμε
(ναί

εἰδὲ σῶ ἄρ' ἑυξερ τοῖον πατρὶ μοῖρα στρατηγῶν
δουκ εἶκ' ἀθέοις νυνὶ τυραννίδ' ἐχθρῶν.

ALIVD.

Nunquid ubi Arminij relegis Germania laudes
Te pudet atq; animos ira dolorq; subit?
Quod cum depulerit fortes quondam ille Quirites,
Ne premeret patriæ libera colla iugum.
Nunc toties uastant Turci tua regna fugaces
Occupat & nostros barbarus hostis agros
Idq; impune facit, nec te à uirtute priorum
Vsq; adeo ignauam degenerasse doles.
Dedecus an tantum ferret, Scythicumq; furorem
Arminius lento corde uidere queat?
Non audax signa inferret, pulsoq; latrone
Poneret in graio clara trophæa solo?
Oppressasq; diu leges renouaret & artes
Antiquum ut Græcis redderet ipse decus.
Siquid adhuc igitur retines uirtutis auitæ
A nostro diros limite pelle Scythas
Armaq; cælesti iussu, pro nomine Christi
Proq; tuis aris, sumito proq; focis.

Emenda.

Pag. B. iij. Dele hæc uerba, Sarmatia nūc
Polonia est, Nam Tacitus intelligit Sarmati-
am, non ripas Vistulæ, sed ultimas regiones
scilicet, Rusiam & Tartariam. Eo enim tem-
pore ripæ Vistulæ, quæ nunc Poloniæ nomen
possident, ad Germaniam pertinebant. Postea
Poloni ea loca occuparunt, qui sunt ut dixi
pars Henetorum,

IMPRESSVM VITEBERGAE
PER IOSEPHVM CLVG.

M. D. XXXVIII.

Fine...
Falsch...
Colon...
am...
König...
gouver...
Pö...
Paris...

IMPRESUM VITTEBGAS

PER JOSEPHUM CLUG.

M. D. C. C. C. VIII.



1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12



Vg 39 24


ULB Halle


3

004 535 510



f





ARMINI

VS DIALOGVS

Huttenicus, continens
res Arminij in Ger
mania gestas .

P. CORNELII TACI
ti, de moribus & populis
Germaniæ, libel
lus .

Adiecta est breuis interpreta
tio appellationum parti
um Germaniæ .